

# **Institutiones pathologiae medicinalis / [Hieronymus David Gaubius].**

## **Contributors**

Gaubius, Hieronymus David, 1705?-1780.

## **Publication/Creation**

Venetiis : J.B. Pasquali, 1766.

## **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/ut4324y6>

## **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

INSTITUTIONES  
PATHOLOGIÆ  
MEDICINALIS  
AUCTORE  
HYERONIMO DAVIDE GAUBIO  
MEDICINÆ DOCTORE  
EJUSDEM AC CHEMIÆ COLLEGII PRACTICO-  
MEDICI PROFESS. ORDINARIO  
SER. PRINCIPIS ARAUS. ET NASSAV. ARCHIATRO  
EDITIO PRIMA ITALICA.



VENETIIS

M D C C L X V I.

Apud Jo. BAPTISTAM PASQUALI.

*Superiorum permisso, ac Privilegio.*

٦

٧



٨


A U D I T O R I B U S S U I S  
H. D. G A U B I U S.

S. P. D.



Quas vestros in usus scribere aggressus sum, tandemque, post triennalem sub prælo moram, ad finem perdidi, Institutiones Pathologicas vobis quoque, Auditores optimi, offerri dicarique æquum est. Lubens igitur lætusque dico ac dedico, ut qualemcumque laboris, quem, absque vestro incitamento, nec suscepisse unquam, nec forte suscepsum absolvisse, fructum. Vestra quidem meaque opinione serius in lucem is prodit: cuius tarditatis caussas etsi multas gravesque afferre possim, cum ad me ipsum, tum ad materiem, quam tractavi, pertinentes; tacere tamen malo; ne vel ostendandi potius, quam excusandi, animo afferre videar, vel vestram erga me humilitatem parum agnoscere. Satis esto, non  
ita

ita me abusum esse patientia vestra , u  
etiam frustratus sim. Placet & Catonis ii  
lud : *sat cito* , *si sat bene* . Quod utrum  
quodammodo sim affecutus , vos judicab  
itis . Unum hoc in votis est , ut vestri  
exspectationi amplius , quam mihi met i  
si , satisfacere operam meam contingat  
**Valete !**



I N T R O D U C T I O  
A D  
P A T H O L O G I A M.

*De Disciplina Medica.*

1. **V**ita, Sanitas, Morbus, Mors, stadium Medicum Naturæ humanæ in hoc terrarum orbe absolvunt.

2. Prioris duæ conditiones (1) secundum natu-  
ram dicuntur; cum iisdem frui dulce sit : præter  
aut contra naturam reliquæ, illis oppositæ, illæta-  
biles, quas ideo aversamur.

3. Utrumque tamen genus (2), pro latiore voca-  
buli NATURA significatione, naturale est, & suas  
agnoscit causas physicas, determinatas, quibus na-  
scitur, durat, viget, minuitur, desinit, secundum  
cujusque diversitatem variantes, etiam contrarias,  
tum homini insitas, tum a foris advenientes.

4. Mens quidem humana, vi commercii, quod  
cum suo corpore habet, multa & voluntate con-  
scia, & cæco instinctu, operatur, quæ vitam ac fa-

A nita-

2 DE DISCIPLINA

nitatem juvant, morbisve aut morte illatis opprimunt.

5. In corpore etiam, pro partium, ex quibus conluit, mixtione, fabricatione, compositione, animatione, inest & inertia, & mobilitas, & mutabilitas, & incitatio, & conspiratio, unde aliæ atque aliæ tam salubres, quam insalubres, causæ jugiter enascuntur.

6. Versatur præterea homo inter res innumerass sua singulas agendi potestate præditas, multumque perpetuo variantes, quarum aliis carere, alias evitare aut pro arbitrio sibi accommodare semper non potest. Hæ vero sive introdeveniant, sive foris a moveantur, pro sua quæque materie, virtute, concurzione, successione, corpus perque corpus mente aliter atque aliter afficiunt, internas Naturæ humanæ vires (4. 5.) diversimode determinant, incitant, opprimunt, in rectum petversumve agunt suaque vicissim ab his mutationes patiuntur. E quo fonte plurimi quotidie secundæ adversæque velutudinis somites, alimenta, venena, remedia, præfluunt.

7. Triplex istud virium genus (4. 5. 6.) sicubi legè Naturæ humanæ consentanea conspiraverit, vegeta longævitatem fruitur homo: sin minus, mort aut præmatura morte affligitur.

8. Atque hæc materies est, quam tractat Medicus, eo quidem proposito, ut hominem suæ cum commissum justo moderamine virium (7.) quam diutissime vivum sanumque præstet.

9. MEDICINA igitur, quo hodie colitur ambitus est scientia ac prudens directio virium Naturæ humanæ ad vitæ & sanitatis a morbis & morte tutelam.

10. Ea (9.) cum olim ægris duntaxat sanitatem promiserat, ampliata deinceps, erga sanos quoque beneficæ, duplex cum maxime imponit Medico officium, alterum servandæ vitæ & sanitatis, alterum morborum curandorum.

11. Debet adeo exponere I. conditionum hominis, in quibus aut conservandis aut avertendis versatur (1.9.) ; naturam, causas, sedes, differentes modos, gradus, effectus : II. Vires Naturae humanae utriusque principio inditas (4. 5.) conservatrices, destrutrices, medicatrices. III. Potestates rerum externarum salubres, noxias, medicatas (6.) IV. Regulas denique & præcepta his (III.) utendi, illas (II.) dirigendi ita, ut finis Médico propositus (8. 9.) obtineatur.

12. Quando autem generalis istorum omnium (11.) doctrina non sufficit, sed ad singulos etiam homines, prout ætate, sexu, temperamento, vitæ genere, &c. inter se discrepant, aptari debet; manifestum est, quam late pateat disciplina Medica.

13. Quæ materiæ pertractandæ multitudo cum justum exigat ordinem, is quidem commodissimus videtur, qui ex diversitate conditionum (2) duplique Medici officio (10) petitus, quæcunque in homine sano cognoscenda aut agenda sunt, suo quævis loco disposita, primum enarrat; subiungit deinde, quæ ad ægrum pertinent, omnia & singula rite digesta :

14. Universum proinde systema Institutionum Medicinæ in duas partes distribuitur, quarum prior doctrinam omnem de rebus, quæ secundum naturam in homine sunt, exhibet; posterior de iis, quæ præter aut contra naturam dicuntur (2.) Hanc. ΙΑΤΡΙΚΗΝ, illam ΤΓΙΕΙΝΗΝ, ex vario fine appellare licebit.

15. ΤΓΙΕΙΝΗ, lato sensu, totum Medici officium circa hominem sanum complexa, tradit.

I. Economiam humanam, vitæque & sanitatis naturam, causas, effectusque declarat: quæ pars PHYSIOLOGIA, sermo de Natura humana, audit.

II. Signa, quorum ope vita & sanitas in gene-

re, earumque varii status & gradus in homine singulari cognoscuntur: hæc SEMIOTICA PHYSIOLOGICA.

III. Auxilia & regulas, quibus vita & sanitas quam diutissime incolumis servari possit: quæ DIASTETICA.

16. IATPIKH, itidem tripartita, simili ordinis suam materiem (14.) pertractat, exponendo.

I. Quæ de natura, differentiis, causis, effectibusque morborum scire expedit. Hæc PATHOLOGIA.

II. Doctrinam signorum, quibus, quidquid morbis ex se obscurum cognosci debet, præsens, pectoratum aut futurum, detegitur: unde SEMIOTICA PATHOLOGICA dicitur.

III. Præsidia adversæ valetudinis, modumque lis recte utendi: hæc THERAPEUTICA.

17. Utriusque partis æqua necessitas & nexus dividuus est: prior tamen ordine TRIEINH. curvi norma rectum, ita morbi sanitas: & qui variare sanos novit, bona parte eorum quæ adstantos ægros pertinent, instructus est.

18. Præcipuum autem universæ Medicinæ fundamentum in ipsa hominis Natura situm est. Sæc viribus, sola, sine Medico, plerorumque tur sanitatem, morbis medetur. Hac deficiente repugnante irrita artis molimina. Curiosa Naturæ observatio, imitatio, ut primam arti originem, incrementa dein dedit, dabitque porro. Medicis turæ ministri.

19. Itaque doctrina omnis Medica bonæ frugis hanc componi normam debet, ut quid Natura quiat aut ferat, ex fideli observatione quam diligenter enarretur. Nec tamen satis est, vires ejusdem motusque, prout in sanis se produnt, in Physiologia (15. I.) exposuisse: luctans cum morbis Natura, quam Pathologia (16. I.) exhibet, cultates affectionesque suas etiam explicatius produc-

20. Unde liquet, quid de certo in Medicis sensi-  
tiendum? Natura humana, statis a Creatore legi-  
bus finita, per similia individua sese multiplicans,  
omni tempore eadem, sub iisdem conditionibus eo-  
dem semper modo agit ac partitur. Quidquid ergo  
de ejus œconomia, integra vel afflcta, prudenti  
sensuum ministerio clare cognoscitur, id firmum ra-  
tumque censendum, nec quidquam eo certius in Phy-  
sicis. Par ratio est illorum, quæ de potestatibus  
rerum externarum in hominem agentium (6.) fideliter  
observatione comperta habentur. Quæcunque por-  
to ex observatis, ad congrua demonstrationis princi-  
pia applicatis; casti ope ratiocinii, legitime dedu-  
cta sunt; quanquam per se in sensu non cadunt;  
non minorem profecto fidem merentur.

21. Nullo proinde jure, quæ male seduli docto-  
res aut perperam observando, aut vitiose argumen-  
tando, invexerunt, errorea, falsa, incerta, impu-  
tantur arti; quasi mere conjecturalis foret. Non  
aliis, nec firmioribus, gaudet quævis Naturæ scien-  
tia fundamentis.

22. Haud tamen dissimulandum est, suis premi  
dubiis, obscuris, conjecturalibus, nunquam prorsus  
extergendis, Medicinam; neque enim datum mor-  
talibus aut suam aut rerum, inter quas versantur,  
naturam penitus comprehendere. At communis ista  
ingenii humani imbecillitas quem non stringit? Gra-  
vius quidem Medicum ob inexhaustam materiæ, qua  
occupatur, amplitudinem (11. 12.).

23. Privatum insuper evidentiæ obstaculum hoc  
est, quod singuli homines a singulis tantopere dif-  
ferant. Nec vero sufficit Medicum communia modo  
intueri: oportet & cuivis homini propria; ut qui sin-  
gulorum saluti præsit (12.). Quæ quidem diversitas tam  
immensa occurrit, ut nulla observationum vi exauriri  
possit.

24. Sola denique contemplatione non licet acquiescere, inque obscuris rebus suspendere judicium donec lux affulgeat. Actionem exigit officium (10.). Captanda hinc agendi occasio, quæ sæpe preceps per conjecturam cogit determinare, quod scientiam sat cito nequit.

25. Pro ea igitur parte (22. ad 25.) Medicinae dici conjecturalem non obstamus; ut quæ, cum certissima invenire semper non possit, probabilia constet, recta tamen ubique ratione utens, atque vagis & temerariis commentis periculisque alienis.

26. Audiant hæc obtrectatores, & cum didicint scientias puras ab iis, quas applicatas vocant contemplatiyas a practicis, distinguere, videant, quare Medicinam præ aliis, ut omnis certi expertem infamerent!

27. His prælibatis, pro instituti ratione, primæ PATHOLOGIÆ (16 I.) lineas ducere aggredior: quæ ut compendio fieri possit, cognita prius ponere ceat, quæcumque de statu hominis sano in TITIEN Tironi, ut scitu necessaria, enarrantur (17.).

## P A T H O L O G I A.

28. OFFICIO Medici circa hominem ægrum e sanare (10.).

29. Sanatio autem ægri est morbi, quo tenetur in sanitatem mutatio.

30. Pathologia igitur, quæ hominis ægri cognitionem eo quidem fine exponit, ut viam sternat a medendi methodum (16.I.), docere debet, ægrum inter & sanum quid intersit, quid morbus distet sanitate.

31. Spectandus adeo morbus est, ut status hominis sanitati oppositus, naturæ ab hac diversæ pati.

ticeps, suis ex causis profluens, suosque vicissim effectus producens.

32. Sed & quid morbus a morbo differat, explicandum: quando ab una sanitate in medio posita, deflexiones multivariæ esse possunt.

33. Unde liquet, agendum hic esse de morbi natura, differentiis, causis, effectibus, &c. primum in genere, deinde in specie, semperque comparate ad conditiones sanitatis, qua ideo plena notitia in antecessum postulatur.

## PATHOLOGIA GENERALIS.

### *De Natura morbi.*

34. STATUS ille corporis humani viventis, quo fit, ut actiones, homini propriæ, non possint appropriate ad leges sanitatis exerceri, Morbus dicitur.

35. Generali quidem *status* vocabulo complectimur defectus, excessus ac permutationes quascunque eorum, quæ in ipso corpore hujusque partibus ad legitimam functionum exercitationem requiruntur. Horum igitur notitia, ut decet (27.), imbutum nihil admodum obscuri aut æquivoci in ista voce offendere potest. Nec facile quis impedimenta externa huc retulerit, nisi qui ludere in re seria velit.

36. Non alios tractat Medicina morbos hominis, nisi qui in corporis aberrationibus siti sunt, hisque correctis tolluntur: habent tamen, mutui nexus lege, primam sæpe originem in mente, hujusve operationes sua efficacia perturbant. Hi limites regimini mentis, quod Medicorum est.

37. Vitæ mentio facta in hac definitione non ea solum de causa, quod morbus vitæ sit affectio, nec magis, quam sanitas, sine illa concipi possit; sed ut constet etiam, dari principium agens in ægris,

a morbo ipso distinctum, cuius motus obseruare discernere, dirigere, præcipua Medici in opere ve- fantis cura esse debet (18.). Facit vis vitæ in ægris superstes, ut rerum huic admotarum facultates tau salubres, quam insalubres, longe diversa ratione agant (6).

38. Quum vero morbus conditionem corporis parat a statu sano deflectentem (35.); eo præsente effectus; ex sanitate ut ex sua causa profluentes, illi est actiones, quoque alienari necesse est. In omnibus proinde ægro aliqua fere datur actionum læsio, major, minor, vario gradu, modo, numero, extensione, duratione. Hanc si ocyus, serius, non intulerint vitia corporis, quæ præter consuetum naturæ ordinem sunt, turpitudines potius aut deformitates quam morbi dicantur: tametsi a cura Medicorum haud protersus semoventur.

39. Omne autem genus actionum, quæ ad hominem pertinent, hic volumus, ne illis quidem exceptis, quæ solius animi esse videntur; quando ictus etiam morbos corporis magna potestas est.

40. Imperfectiones tamen functionum, quas ætas sexus, temperamentum &c. ferunt, hujus non sunt loci; quando quidem sanitatis latitudine continentur. Uti nec illæ, quas insuetudo habet, impotentiæ, aut, quæ ex Naturæ humanæ necessitatibus fluunt, hujus modum non excedentes affectiones.

41. Ut igitur actiones integræ se habent ad sanitatem, ita læsæ ad morbum: nec decet Medicorum rationalem, quod abnorme in actionibus est, ipsum morbum dicere; ne notiones causæ & effectus temporis confundendo curatio exquisita negligatur.

42. Ex quibus (34. ad 42.) liquet, naturam morbi generalem sitam esse in male affectis corporis vi vi illis conditionibus, quibus id aptum natum est suam conferre symbolam ad actiones humanas; et que

## DE NATURA MORBI.

que morbos omnes & singulos inter se convenire, quod in corporis facultatibus sedem habeant. Alieni proinde a foro Medico censendi, quicunque, si modo dantur, ad solam mentem pertinent; nisi statos Medicinæ fines removere volupe est.

43. Medica ergo morbi cognitio ponit intellectum eorum, quæ in corpore humano ita a statu sano aberrant, ut actiones inde lèdantur. Uti nec sanatio aliud quid postulat, quam eorumdem restitutio nem in integrum: hac quippe obtenta pristinum quoque actionibus redditum vigorem jure confidit Medicus, nihil reliquum in arte sua habens, ista si spe exciderit.

44. Morborum adeo singularium, prout in hominibus occurunt, naturas expositurus id exquisite indicare debet, quod in præsentis ægri corpore mutatum in causa est, curis suis muniis rite fungi nequeat. Id vero plerumque a sensu remotum latet, nec per se clare cognosci potest. Unde, ut ex vero detegatur, accurato opus est scrutinio ac cauta ratiocinatione; quum error hic commissus plures eosque non semper innocuos pariat. Prudentissimi hic saepè cœcutiunt, maluntque cohibere gradum, quam per tenebras illidere.

45. Huic quidem investigationi (44.) fundamen tum præbent, quæ in ægro sensibus se manifestant, θαυμάτων: quorum primaria sunt actiones Iæsæ. Hæ enim justo examine perspectæ cum ex morbo profluant (38.), hujus, ut causæ suæ, naturam legitima argumentatione demonstrant.

46. Plenissimam vero lucem affundit notitia exacta statū gradusque naturalis singularum actionum, tum modi, quo quælibet exercetur, & conditionum ac virium, quibus instruētum in suis partibus corpus ad eas perficiendas concurrit. Ita nimirum, comparando actionem quamque integrā una cum suis

suis requisitis ad eamdem in ægro vitiatam , innotescere potest , quisnam & quantus sit recessus a sanitate .

47. Constat hinc , Physiologiam (15. I.) maximæ hic utilitatis esse , eaque nemine carere posse , quia naturas morborum recte eruere aut intelligere vellet . Sed & quæcunque in expositione œconomiaæ humanæ supersunt loca obscura , vexata , dubia , aut quæ erronea , conjecturalia , ficta , temere admittuntur , ea omnia in detrimentum Pathologiae redundare : ut merito Bonus quisque repurgatissimam tandem , omnibusque numeris absolutam doctrinæ Medicæ eam sibi partem desideret .

48. Nec minoris in ista indagatione momenti est scientia virium , quibus , quæ geruntur ab homine , aut ingeruntur , eive quovis modo admoventur , corpus afficiunt ac mutant . Causas hæc atque occasiones morborum in se habent (6.) ; quibus exanimissim intellectis facile est de natura effectus inde nati judicium . Qua in re , præter observationes , quas ex propria penu Medicina promit , Mechanicorum quoque , Physicorum , Chemicorum , demonstrata apprime conducunt : quanquam multiplex idiosyncrasiaæ diversitas & infinitus possibilium combinationum numerus optare magis , quam sperare plenam istius doctrinæ perfectionem jubet .

49. Præcipue tamen necessarium est ante oculos habere historias omnium ac singulorum morborum integras , ex plenis atque intaminatis Practicorum observationibus accurate concinnatas . His uti nititur universa morborum cognitio (45.) ; ita , cum conferuntur illis , quæ in præsente ægro sagax examen detegit , mali , quo is laborat , indolem pulchre declarant . Nec sane certius aliud datur subsidium , quo obscura clarescant , dubia enodentur , corrigantur falsa , controversia dirimantur ; sicubi vel

prio-

priores etiam scientiæ (46. 48.) non satis tuto præluxerint. Hac ideo regia via incesserunt olim, homodieque incedunt veri quique Medici, dolentes interim, tot hiatibus etiamnum abruptam, & inanum narrationum sordibus conspurcatam esse.

50. Ex quibus (45. ad 50.) rite perpensis primum est colligere, quantis hoc scrutinium prematur difficultatibus. Qui vero & simul considerat multe plices morborum in eodem homine complicationes & metaschematismos, non mirabitur, quamobrem vel peritissimis etiam toties hic aqua hæreat. Quo quis diutius in arte cum cura elaboravit, eo circumspetius de morborum natura pronunciare solet.

51. An igitur morbus recte dicitur certamen Naturæ propriam salutem propugnantis? Ex intimis Medicinæ penetralibus petita hæc notio sapienti cuius in arte magistro jure probatur. Inest profecto sua Naturæ humanæ virtus pervigil, qua vitæ ac sanitatis sui corporis conservationi perpetuo studens his necessaria procurat, nocitura repellit. Inde motus spontaneos atque molimina in ægris animadverte licet, nec causæ morbi, nec adhibitis quibusvis demum remediis adtribuenda, quæ tam aperte in salutem tendunt, ut data opera aptius excogitari aut felicius dirigi non potuisse videantur. Rectissime proinde Naturam morborum medicatricem, Medicum Naturæ ministrum esse, artisque universæ summam ad Naturæ observationem, imitationem, directionem, redire inculcatur (9, 18, 19.). Aurea ergo loquendi formula medentibus semper ante oculorū versetur. Eandem vero pro generali morbi definitione obtrudere nefas. Neque enim in omnes & singulos quadrat. Nec morbum cum remedio decet confundere. Naturæ certamen ideam adversarii includit: hic morbus est: huic suos Natura opponit conatus medicatos, quibus si nomen morbi dederis,

an

an morbum adesse dices, cum languens forte Naturā huic non obliqtatur? An, quos Naturam imitans Medici solertia similes per remedia producit motus, pariter ad morbum ipsum referes? Largimur tamen morbos dati, quorum bonam partem si universum decursum spectes, ista molimina constituunt: alios item, quibus cum superveniunt, it aliud genus mutantur: multis denique accedere specie symptomatum, quæ ut accurate a propriis morbi affectibus discerni debent, ita ad ipsam morbi naturam nullo jure referuntur.

52. Eadem (51.) quoque ab illis perpendi velim, qui in Naturæ locum Animam, Archeum aut quodvis aliud principium, rationis particeps, in morbis actuosum, substituere malunt. Vocibus hi tantum, non re ipsa, dissentunt: quando autem nihil plus lucis inde nascitur, non est, cur vocabulum a veteribus introductum abrogemus.

### *De Causa Morbi*

53. Morbus cum ponat mutationem corporis a statu sano (34. 35.), quæ adesse aut abesse potest, effectus erit corporeus determinatæ potentiaz, cuius vi existit.

54. Id autem qualecumque, quo sit, ut morbus existat, causa morbi vocatur.

55. Ad hujus (54.) investigationem molesta læsarum ex morbo functionum perceptio mortales ægros ab omni ævo compulit; ut inde primum natæ videatur Medicina. Officii ratio eo compellit Medicum, qui tum demum vere cognovisse morbum dicendus, est, cum causam ejus detexerit. Sanatio etiam non, nisi succisa morbi causa, exquisite obtinetur.

56. Statuendus tamen huic (55.) labori certus limes:

**Limes** : ne ultra , quam ex usu est , aut subtilius , quam verius , exerceatur . Inde ad ultimas metaphysicas , primasve physicas causas non adscendendum . **Ars** ex te nimium longa , suo tamen fine conclusa , in causis etiam secundis progressum vetat ulteriore , quam qui felicius perficiendæ sanationi conducat .

57. Quocirca nec minutis causarum differentiis , quas schola invexit , hic inhærendum . Disputationum hæc materies , a sanioribus etiam Philosophis hodie repudiata , autem , quæ opere potius , quam verbis , demonstranda , dedecet .

58. Distinguunt Medici , nec inutiliter , inter causam externam & internam . Interna vocatur vitium quodcumque in corpore radicatum aliquamdiu , primum in morbum erumpat . Si qua vero gesta , ingesta , aut foris admota homini , sua vi agentia morbum pariunt , is ab externa causa natus dicitur . Prior ergo aliquem ponit ante præsentem morbum sanitatis defectum , sed latenter , aut tam levem , ut absque notabili functionum læsione ad tempus feratur : potestque is in firmis partibus æque ac in humoribus hærere . Posterior etiam sanissimos morbo afficit , & cum plerumque sensibus manifesta sit , satisque cito noxiū effectum edat , ab ipsis ægris saeppe animadverti solet . Unde & Evidens audit , nec priscis quoque neglecta Empiricis , qui contra internarum , quod obscuræ sint ac incerta tantum conjectura cognosci queant , quæstionem supervacuam esse contenderunt .

59. Memorabilis porro est causa προηγμένη seu prædisponens , & προαπερκτική , πρόφασις occasio etiam aut occasionalis dicta . Prædisponens dicitur conditio quævis corpori inhærens , qua illud aptum est nata occasione morbum suscipere . Occasio est quidquid prædisponenti superveniens hanc excitat , ut una morbum pariant . Neutra ergo sola

pro-

producendo morbo sufficit, sed ambarum concursus requiritur: Prædispositio si abest, occasio non nascet: & vicissim si prædisposito ab occasione caves coves a morbo. Distinctionem docuit observatio, quæ constat, non omnes homines ab iisdem rebus æqualiter affici, & valetudinarios proprio regimine servari incolumes.

60. Præcipua denique & maxime generalis est causarum divisio in Remotam & Proximam. De utriusque tamen conceptu non convenit inter Autores Remota aliis dicitur, quæ sola non sufficit, sed intercedentem aliam requirit causam propiorem, ut in moribus fiat. Proxima ergo his est, quæ remotis superveniens momentum addit, ut illico morbus exoriatur, adeoque hunc nascentem proxime antecedit. Ita vix discrepat hæc causarum sectio a priore (59.) confunditur proxima cum occasionali (59.), more vulgi, cui causa morbi illud est, quod hunc proxime antecessit: quin remota solo gradu augescens, ut tandem in morbum abeat, eadem & proxima evadit. Rectius alii remotas vocant, quæ singula quidem aliquid conferunt ad morbum producendum, nec tamen, nisi conjunctæ, totum producunt; quemcumque cæterum locum teneant in serie causarum ad morbi generationem confluentium. Unde proxima est, quæ ex concursu omnium remotarum natæ, sola, integrum morbum ita constituit, ut indissolubili nexu cum eo cohæreat. Quare & Continens dicitur, ut quæ universam rationem originis morbi in se contineat, qua posita is continuo se manifestat, adeoque & ablata tollitur. Hujus ut pars modo est remota quæque, ita & partem morbi tantum producit. Qui omnes & singulas remotas, ut una conspirant, intelligit, notitiam proximæ habet: qui tollit cunctas, proximam quoque destruit, & cum hac morbum: qui aliquas modo reli-

reli etis aliis, partem quoque proximam duntaxat detrit, nec perfecte sanat.

61. Missis aliis minoris momenti causarum differentiis, ex hucusque (58. ad 61.) propositis constare potest, eam solam, quam sano sensu dixi proximam aut continentem, veræ causæ physicæ ingenium præ se ferre, quæ morbum ita efficiat, ut illa positâ hic ponatur, durante duret, mutata mutetur, ablata tollatur. Reliquis idem tribui non posse, nec ideo nomen causæ proprie competere. Medicis igitur, suo loquendi more, causæ titulo venire id omnne, quod quocunque demum modo ad morbi generationem concurrit, sive ut vera causa, sive ut hujus pars, aut conditio sine qua non, &c. Inde litigandi, cavillandi, ridendi, materiem nasci, quasi causa sine effectu, hic sine causa esse, eadem causa effectus oppositos producere, aut idem effectus diversis ex causis oriri possit.

62. Consultum itaque videtur morbi causam folummodo vocare id exquisite, cuius vi totus morbus existit. De hac porro, quidquid de causis physicis, affirmare licebit.

63. Inde ut quilibet morbus suam habet causam determinatam (54.), qua necessario efficitur; ita hæc alia atque alia erit in morbis natura diversis, & contra eadem in illis, qui natura convenient; tametsi diversas corporis partes occupant, ideoque nec easdem præcise functiones turbant. Quod magna utilitatis in arte compendium.

64. Nec mera tamen privatio dici ea causa semper debet, quasi morbus, ut defectus sanitatis, ex absentia conditionum ad hanc requisitarum modo ori- retur. Aliena særissime in ægris insunt, quæ impedimento aut stimulo morbos creant.

65. Quum vero morbus non nisi in corpore sedem habeat (36.) causa ejus quoque ad corpus dun-  
taxat

taxat pertinebit, inque hoc solo quærenda erit; quam ex mente forsan, vi mutui commercii, devenit: quod observare quidem Medici est, explicare Philosophi.

66. Ita porro cum morbo cohæret, ut ab eo inseparabilis abesse nequeat, quin & ille tollatur, non hoc absente adesse. Distinctio igitur causarum continentes & non continentes nulla est. Morbus una causa suam, i. e. sine causa non perdurat.

67. Imo hæc causa totam morbi, effectus sui naturam constituit, ideoque ab hoc re ipsa vix discrepat. Quidquid in morbo est, in causa ejus inveneri debet. Utilissima ergo & maxime necessaria illius indagatio habetur (43.). Ea demum solida est morborum cognitio, quæ, quomodo in suis singulis determinatis causis consistant, demonstrat.

68. Raro tamen simplex est, sed plerumque pluribus conditionibus una concurrentibus composita. Morborum nempe, ut sanitatis ipsiusque corporis humani, notiones multitudinem in unum collecta quoque involvunt. Itaque ex quotnam partibus diversis totum illud, quod morbum vocamus, constat, totidem distinctæ dabuntur conditiones aut potentiaz in ejus causa, quarum singulæ partem modo a quam morbi efficiant, conjunctæ demum totum.

69. Quotiescumque ergo earum conditionum, qui in uno concursu causam morbi componunt (68.), aliqua deficit, mutatur, gradu augetur; aut pri positis novæ quædam accedunt; aut aliæ in aliarum locum substituuntur; toties analogæ quædam immutatio, mutatio, aut augmentum in ipso quoque morbo eveniet: uti plena demum hujus abolitio, cum omnes, & singulæ exquisite tolluntur.

70. Quo posito fundamento (69.) ratio redi potest originis morborum lentæ vel subitæ, durantis, incrementi, decrementi, paroxysmorum, missio-

missionum , periodorum , mutationi ex alio in aliū , perfectæ aut imperfectæ sanationis , reversionis , status denique neutrius inter sanum & ægrum fluctuantis .

71. Quare , ut causa morbi recte cognoscatur , oportet eam resolvere in simplices , ex quibus composita est , potestates , harumque singulas primo , dein omnes coniunctas , quid seorsim : quid simul valeant , examinare . Quæ res difficillima quidem est , at utilitatis tamen plenissima ac Medicō dogmatico apprime necessaria .

72. Perficitur autem curiosa indagatione eorum , quæ ita morbum antecesserunt , ut credibile sit ad illius generationem aliquid contulisse : sive ea prius in homine extiterint , sive pridem aut nuper a foris accesserint ( 4. 5. 6. ) . His quippe vites ( 71. ) continentur , quarum confluxione causa morbi nascitur : ut adeo huius originem rite considerata de clarent .

73. Atqui hæc ipsa ( 72. ) sunt , quæ Medicis nomine causarum remotarum ( 60. ) , prædisponentium , procatarcticarum ( 59. ) veniunt . Harum ideo quam utilis & necessaria sit inquisitio , patet . Quodsi vetus Empiricorum Schola in his solis male acquievit , magis etiam culpandi sunt recentiores , qui , remotis insuper habitis , proximæ ( 60. ) tantum scrutinio sese addicunt . Hæc tamen sæpe inaccessa est , nisi evidenter remotæ præluxerint .

74. Quamvis igitur verarum causarum ingenium non habeant , adeoque cum his male confundantur ( 61. ) ; omnino tamen merentur a Pathologo expendi ; possuntque morborum principia vocari ; & ad duo summa capita referri , quorum alterum Seminia morborum comprehendant , alterum Potentias nocentes .

75. Seminia voco dispositiones quascumque cor-  
B pori

pori insitas , quæ morborum generationi favent ,  
cubi potentia nocens analoga accesserit . Prædisposi-  
tio alias , aut προηγέμενα , dicuntur .

76. Potentiæ nocentes sunt res quælibet ea prædi-  
ficiantur , ut morbos producere possint in corpore  
per seminum ( 75. ) apto , i. e. prædisposito . Hæ  
προκατεπτικæ dicta conveniunt .

77. Utrisque opus est concurrentibus , ut cau-  
morbi isque ipse nascatur . Neque enim potentia ef-  
ficax est , nisi in corpus inciderit impressioni ejus  
recipiendæ aptum ; nec diathesis seminalis in mor-  
bum erumpit , nisi vi quadam appropriata excitetur .

78. Mutua insuper utriusque speciei conditione  
requiritur affinitas , ut junctæ in eundum effectu  
conspirent , nec altera alteram destruat . Non quælibet  
potentia cuivis seminio evolendo par est . Nec præ-  
dispositio datur universalis ad omne morborum g-  
enus ; uti nec perfectissima sanitas æqua vi fere a  
omnibus & singulis insalubribus tuetur . Hinc e-  
dem diathesis alias favet , alias obstat , pro diversa  
potentiæ nocentis indole .

79. Patet igitur non sufficere superficiariam isti-  
rum principiorum notitiam , sed requiri cognitam  
cujusque tum seminii , tum potentiarum , naturam ;  
mutua eorundem sympathia , antipathia , quidque in  
vicem agere ac pati possint , perspiciatur .

80. Ita demum methodo synthetica pervenitur a  
cognitionem causæ morbi , quam illa junctim con-  
stituunt . Quin & eadem opera , a priori , quæ  
ajunt , eruitur natura morbi ( 67. ) : ut , instituta  
collatione , eadem per methodum analyticam ( 45 )  
inventa comprobari , aut error in alterutro argumen-  
tandi genere commissus detegi ac corrigi possit .

### *De Symptome.*

81. SYMPTOMA , quum vi vocis id denotet , quo  
in quo  
ægro

ægro accidit; universus autem morbus, una cum causa & effectibus suis, inter res accidentes referri possit; multam Systematicis litigandi materiem dedit; Practici tamen super hac quæstione non æque inter se dissentientibus. Facilius plerumque est rem præsentem discernere, quam verbis exæcte definire.

82. Quacunque latitudine veteres hoc vocabulum usurpatint, certum est hodie symptoma tantum de homine ægro prædicari; de sano nunquam. Ponit ergo præsentem morbum, adeoque & hujus causam: sed & aliquid, quod præter naturam accidit, & quomodo cunque cum his ipsis cohæret; dum interim ut distinctum ab iis concipitur. Nequaquam igitur pro omni eo, quod homini præter naturam evenit, aut pro levioribus affectionibus, quæ nomen morbi non merentur, sumi potest.

83. In ægro variæ a statu sano alienationes (38.) sensibus sese manifestant; sive actiones speœtes, seu eorum, quæ foras prodeunt, molem, indolem, aut corporis etiam sensibiles qualitates.

84. Hæc phænomena (83.) cum percipit æger, animadvertis Medicus, uterque concludit morbum adesse, certus ex sanitate non oriri. Desinunt & homine in integrum restituto.

85. Male tamen illa quis morbum ipsum dixerit (41.), quia cum hoc cohærent, nascuntur, dūrāt, abeunt. Non is, nisi rarissime, in sensus incidit (44.): plerumque ratiocinio tantum detegirur, nec ægro prius, quam Medico, innotescit. Quum nihilominus præter naturam sint, atque in morbo radicata, recte vocantur symptomata, ut quæ una cum morbo incident.

86. Symptoma proinde notat quacunque sensibilem a statu naturali alienationem, quæ homini ex presente morbo ita nascitur, ut tamen ab hoc ipso hujusque causa distingui possit, nec ultra morbum duret.

87. Tria nimirum in se æger habet , quæ præter naturam sunt , morbum , hujus causam & symptomam . Mutus inter hæc nexus datur . Ut morbus non sine causa , ita nec sine symptomate est potest ; nec hoc vicissim sine illis . In omni morbo apparens aliqua vel actionum , vel excretorum vel qualitatum sensibilium mutatio evenit . Non symptoma porro dicendum , quod suo morbo superstes est , sed morbus .

88. Ita symptomata illam præcipue status morbos partem efficiunt , quæ in sensus sive ægri , ve Medici , incurrit , apertissimam , dubiis hinc nime obnoxiam quæque observanti sponte patet nec signis adeo aut artificiosa conjectura eget , detegatur .

89. Quum vero non omnia , quæ in ægro præter naturam eveniunt phænomena , veram symptomatis indolem (86.) referant , nec eandem semper cognitionem agnoscant ; necessum est alia ab aliis prædistinguere , prout ex diversis fontibus promanantur .

90. Alia nimirum statum morbosum præsentē direcťe pro sua causa habent , ex quo ut totidē effectus fluunt , hinc nexus physico indissolubili cum illo cohærent . Et hæc quidem genuina sunt symptomata , atque pro triplici genere rerum , quæ præter naturam in ægro insunt (87.) , trifariam distinguuntur in symptomata morbi , causæ , & symptomatis .

91. Morbi symptomata dicitur effectus sensibili præsentis morbi proxime productus . Ejus ergo similis est relatio ad morbum , ut hujus ad suam causam (66.) . Et cum ex plurium conditionum confluxu morbus nascitur (68.) , multorum quoque genus symptomatum syndrome stipatus esse solet .

92. Horum (91.) itaque utilissima est & maxima necessaria inquisitio . Testantur enim morbi præstiam

am non modo, sed naturam quoque. Effectus certe ingenium suæ causæ declarant. At causa morbi iuxta etiam est hujus symptomatum.

93. Quodsi vero origo symptomatis proprius ex iuxta morbi derivari possit, causæ symptomata audit; vocabulo causæ latiore sensu accepto (61.). Id congit quoties illius rei, quæ morbum efficit, vires a multiplices sunt, ut aliqua modo pars earum ad morbum producendum concurrat, hinc proprie ujus causa fiat; pars altera vero occasione nati morbi quoque, ocyus, serius, in actum deducta, effectus prodat diversos, morbo supervenientes quidem, non tamen ita nexos, quin hic sine illis esse posset. Symptomata causæ igitur ut intelligantur, in potestates causæ morbi accessorias adscendendum est.

94. Quare liquet, isthæc symptomata (93.) & pertrante morbo tolli nonnunquam posse, & eodem plato superesse; aliquando longe plus periculi inferre, quam morbus, quem comitantur; imo & incare alias morbum morbo superadditum, quorum ter quia aut tempore prior est, aut manifestior, ut magis urget, tantum pro morbo habetur, alio non adeo in se ipso, sed in effectibus modo is spectato, aut & prorsus præterviso. Unde cum inceps morbus desinit, symptomate causæ remanente, hujus idea evanescit, morbusque latens, a quo pendet, se demum prodit. Quæ quidem rite repensa ostendunt, distinctionem istam, sano sensu acceptam, nec paradoxam esse, nec supervacuam, illissimam potius in facienda cum diagnosi, tum cognosci morborum.

95. Utrumque porro symptomata (91. 93.), si sua aliam rursus produixerit affectionem sensibilem, secundum symptomata symptomatis vocatur. Quo nomine iam veniunt reliqui omnes, qui longa sæpe serie iuxta ex aliis deinceps profluunt, effectus morbos;

modo symptomata aliquod anterius pro causa habant, nec hoc sublato persistant (86.).

96. Habent ergo & ista (95.) primam suam originem in morbo hujusve causa, inde cognoscunt his remotis tolluntur, & licet plurimum forte a rum interventu cum iis saltem cohæreant, legit tamen analysi ad cognoscendam morbi aut causas naturam & efficaciam quoque facere possunt. Nec plena his neglectis exsurgit morbi historia.

97. Notandum vero, dari non infrequenter in griseis effectus sensibiles, quos si in ortu suo specie omnino ad aliquam trium specierum (91. 93. 94) referas; at qui tam tenaciter corporis partibus pressi sunt, ut ultra morbum perdurent. Unde non symptomata adeo, sed morbi potius secundum audiunt, eoque magis considerari merentur, quia singularem sibi curam reposcant.

98. Aliud insuper phænomenorum genus in morbo occurrit, quæ cum ægris eveniant, & a sanitatis norma deflestant (82.), generali quidem symptomatum titulo comprehendendi possunt; at longe versam a prioribus originem habent, adeoque ceteris confundi minime debent.

99. Non bruta homo machina est, quæ injuria rebus noxiis sibi illatas iners excipiat ac patiatur. Mens intus est, quæ molestiis ex morbo sibi nata exagitata, anxia, quas habet in corpus agendires, intendit ad repellendum hostem (4). Corpus ipsum & sua præditum est incitatione, quæ, moderata quidem in sanis, acrius insurget præsente nolo irritata, inque enormes saepe impetus ab ripitu ut morbi insultibus sese opponat. Consensus etiæ hic datur ac mutua partium conspiratio, qua unum aliquid constituunt, idemque integrum, collata quæque sua symbola, conservare nituntur, cum earum alicui noxa imminet, aliæ, nec raro omnes,

omnes, junctis viribus, laboranti succurrunt, communem in privata cujusque, & propriam in socialium salute propugnantes (5.). His itaque viribus instructa hominis Natura causis morborum non modo resistit, sed cum his etiam congrederit, initoque confictu (51.) vim vi opponit. Quod cum æquabili, quo in sanitate fluunt, actionum tenore efficere nequeat, insolitos ciet motus, turbasque facit turbis a morbo concitatis sæpe maiores, unde alia super alia symptomata accumulantur.

100. Hujus quidem generis (99.) plerumque sunt alienati rerum ingerendarum appetitus & aversationes, motus spasmmodici, convulsivi, circuitus humorum perturbationes, febres, exanthemata, abscessus, hemorrhagiæ, vomitus, alvi profluvia, sudores, & alia plurima, quæ, et si morbos comitantur hisve superveniunt, nequaquam tamen continuo ut effectus ex iis eorumve causis direcťe profluentes aestimare, aut ad symptomata proprie dicta (86.) referre fas est.

101. Naturæ ergo molimina potius, aut symptomata activa, auxiliaria, vocentur; quum ab actuosa Natura excitentur, hujusque viribus exhaustis aut oppressis deficiant, nec eadem semper in eodem morbo se manifestent, & pedissequas sæpe habeant sanationes benignissimas, quin arte inimitabiles, aut saltem rite attendenti salutares plerumque fines prodant. Veteres ἐπιγνόμενα, ἐπιγνωματα dixerunt, non sola tamen, nec omnia, his vocibus complexi.

102. Ea vero si in omni latitudine sua spectes, rari sunt morbi, quibus se non adjungant: imo multi, quos non minus constanter & certo comitantur, quam quævis alia symptomata; ut vere dicas, eos ex junctis potentia morbosæ & contranitentium Naturæ virium conatibus profluere. Hi sunt, quos certamina Naturæ propriam salutem propugnantis ap-

pellare liceat (51.). Nec horum is rite explicuerit ingenium, aut, quibus stipantur, phænomena, quæ solis inhærens primi generis (90.) symptomatibus istos Naturæ motus neglexerit.

103. Unde patet, quam utilis Practico & necessaria sit eorumdem accurata cum observatio, tum distinctio; ne vano trepidet metu ad innoxia, an medicatis Naturæ moliminibus temere resistat, quæ non turbanda, sed prudenter regenda (9. 18. 19.)

104. Falluntur tamen, qui ex hoc fonte non nisi salutifera proficiisci existimant. Patitur suos à Natura errores, impetusque concipit, qui quod modum excedant, justove debiliores sint, aut minus congruentes in partes directi, plurimum sæpe danni & vel exitium quoque inferunt. Ut adeo prudenteris Medici sit, non mirabundum modo à Naturæ spectatorem agere, sed & præcipitem refrenare, excitare torpidam, errantem i viam reducere.

105. Nec suis etiam istud genus caret effectibus morbosiss, qui ex turbis inde concitatis, ut symptoma symptomatum (95.), oriuntur, pariterque ut hæc (97.), tam alte nonnunquam inhærent, u in morbos secundarios abeant. Et vel victrices quoque Naturæ motus (101.) ab his non immunes sunt Rara sine vulnere victoria.

106. Supereft & tertius fons eorum, quæ ægri supervenire observantur, a binis prioribus probe distinguendus; quanquam cum iisdem cohæret. Fortuita hæc aut accidentalia dici possunt; quum virtibus rerum, quas casus offert, debeantur.

107. Versatur nimirum æger, ut sanus (6), in perpetua ambientium, ingestorum, applicatorum quin & propriarum actionum vicissitudine. Difficile autem est hæc omnia & singula tam exacte statu morboſo ſemper accommodare, ut Naturam & Medicum dicum

dicum vel juvent in sanando, vel saltem non impedian. Ista tamen cum vel sanos pro sua quævis potestate diversimode afficiant (6). multumque saepe mutent, in ægrotos etiam, quorum non integræ vires minus resistunt, plus valebunt. Unde necessum est effectus prodire, qui, licet symptomatis primi secundique ordinis (90. 98.) intermixti, morbo tamen aut Naturæ non recte attribuuntur.

180. Nec sane id genus phænomena, ut fortuita sint, momento carent. Alias enim morbum acuunt, ex miti sævum, exitialem, reddunt, novo morbo aggravant, in aliam speciem commutant, benignos Naturæ motus turbant, pervertunt remediorum operationes, agendi occasiones ac tempora occupant. Alias & adjumento sunt, & tam prospere nonnunquam cedunt, ut iis solis recuperata salus debeatur.

109. Est, & ubi eadem persistunt inhærentque diutius, quam morbus, cui supervenere; tumque manifestius demum originem suam declarant.

110. Quocirca sedulo notari ac distingui merentur; ut eventus ad suas quique causas referantur, nec alieni effectus morbo, Naturæ, aut administratis remediis imputentur, magno historiæ Medicæ dispendio. Caveant præcipue confusionem, quibus hoc etiam genus ad communem ἐπιγνομένων titulum (101.) redigere placet.

111. Ex quibus (90. ad 110.) rite intellectis primum est colligere, quæ ex memoratis fontibus manant, symptomata ægris quidem evenire occasione morbi, non tamen omnia & singula ecdem nexu aut inter se, aut cum morbo, contineri: ut adeo quævis nec idem argumentandi genus admittant, nec momentum habeant æquale, cum ad naturas morborum, quos comitantur, dignoscendas, ad prædicendos eventus, aut ad eruendas agendorum indicaciones, ut par est, adhiberi debent.

112. Alia certe dixeris Necessaria, quæ cum morbo ita cohærent, ut eodem posito suasque vires evolvente non possint non, ocyus, serius, sese manifestare. Cujus quidem generis sunt quæcunque ex morbo, ut ex sua causa, fluunt, inque hujus natura universam sui ortus rationem habent sitam Vocanrur etiam Essentialia aut Primaria.

113. Huc referantur ex fonte primo (90) potissimum symptomata morbi (91.) horumque effectu (95). Ex altero fonte (98. 99.) plurima quidem nascuntur variabilis ingenii, nec certi cum morbo nexus, quæque hinc, pro naturarum diversitate, in eodem morbo aliter atque aliter eveniunt. At quotiescunque ad ipsam morbi constituendam speciem una concurrunt & potestates conditionum morbosa rum, & obluctantes irritatæ naturæ vires (102.) toties & necessaria haberi debent, quæcunque si oriuntur symptomata activa (101.), ut, si abessent morbus in aliam speciem transiret. Tertius fon (106.) nulla, quæ hujus loci sint, exhibet.

114. Reliqua igitur, quorum laxior est cum morbo cohaesio, ut abesse aut adesse possint, Non necessaria vocare liceat.

115. Necessariorum (112.) porro varii gradus sunt nec una omnium ratio. Morbus, ut sanitas, non simul & oritur & perficitur, nec puncto temporis quidquid mutationum potest, producit, sed successione quadam alias post alias effectus explicat. Habent nimirum sua incrementa vires physicæ conditionum morbosarum: pro horum portione suos variat intenditque natus Natura: per gradus etiam ex aliis in alias partes facultatesque provolvuntur turbæ ac consensiones cidentur: ut adeo nec eadem semper facie, nec eodem symptomatum satellitio stipatum se in universo suo ambitu efferat morbus.

116. Inde alia quidem simul cum morbo oriuntur,

ur, durant, desinuntque, perpetui ejus comites, quæ idcirco Individua, Perpetua, Simultanea, dicenda. Alia, ut necessario eveniant, non tamen divulsa sunt, nec quovis morbi tempore, sed suo tantum, apparent, hinc Temporaria vocari possunt.

117. Utriusque generis (116.) sedula collectio, non necessariis (114.) distinctio, curiosum exanen, quo quodvis modo ad suum morbum sese habeat, præcipuum rite instituendæ cum diagnosi, tum prognosi, fundamentum præbet. Ex iis signa pathognomonica petuntur & notæ characteristicæ, quibus morbi a morbis discrepant. Nec certiores aliunde conduntur aut definitiones aut historiæ morbo-um, quam ex hoc fonte. Iisdem quoque nititur, quam methodus analyticæ parit, solida naturæ morbi cognitio (45.). Temporaria insuper diversis morborum temporibus ac gradibus recte discernendis aptime inserviunt.

118. Non necessaria (114.), nequaquam ideo negligenda, quod minus cohærenter superveniant, quantæ utilitatis esse possint accurate observata, ex iictis (94. 101. 103. 108. 110.) liquet. Momentosa pateries cruditatis in morbis, coctionis, crisiū, variorumque exituum, his magnam partem continetur.

119. Ceterum quidquid in symptomatibus cuiusvis eneris a statu sano alienatum se manifestat, id mne ad actiones, excreta, & qualitates sensibiles facile reduci potest, ac sub his titulis, cum opus sit, inveniri.

## PATHOLOGIA SPECIALIS

### *De Naturis singulorum Morborum.*

120. GENERALIS morbi notio ante (34.) data um id tantum comprehendat, quod morbi omnes & singuli inter se commune habent, non nisi eorum-

rum dem a statu sano discrepantiam edocet. Dicunt autem & inter se, & suo quique modo tiam ponit sanitatem: quod examissim cognoscere præprimis ad Medicum pertinet (44.); ut in praxi singularium cura duntaxat demandetur (23.). Unde a generalibus ad specialia procedendum.

121. Id, quo morbi a morbis discrepant, situs est vel in natura cuiusvis peculiari, iisque attributum quibus esse nequeunt; vel in conditionibus traneis, quæ adesse aut abesse possunt, natura morbi adeoque & nomine non mutatis. Hæ accidentiaræ, secundariæ: illæ essentiales, primariæ, cferentiæ audiunt. Utriusque generis utilissima est cognitio. Prius exhibet diversas possibilium morborum naturas: posterius morbos considerat, suis terminis circumscripsos, ut in ipsis hominibus Medico agnoscendi & curandi offeruntur. Liquet hinc simu quo ordine pertractari debeant.

122. Jubet autem ingens morborum numerus multivaria complicatio Geometrarum sequi methodum in exponendis eorumdem naturis, tironemq; præmissis simplicioribus ad intellectum compositum evehere.

123. Necessum itaque erit quamplurima vi seorsim considerare, quæ nunquam singula in ægocurrunt, & multos simplicioris ingenii affectus ter morbos referre, qui pervulgato loquendi modo morbis non habentur, aut quos Pathologi etiam causarum titulo adscribunt. Nimirum universa quædam datur inter partes humani automatis cospiratio, qua uti in sanitate mutuam sibi opem present, atque aliæ alias naturæ legibus adaptata in statu morbo uno patiuntur, suasque affectiones invicem communicant. Unde in praxi rarer occurunt morbi, quorum simplicissima idea nihil mixturæ habeat. Inest etiam in sanitate robali-

aliquid, quo se adversus vitia singularia tuetur, nec a solitaria cuiusvis partis alienatione functionum suarum tenorem mox perturbari sinit: ut adeo plerumque morbus tum demum erumpat, quum latius se diffudit malum.

124. Non tamen est, cur eapropter doctrina de isto morborum genere hoc loco prætermittatur. Facit certe plurimum ad intelligendos compositos, qui ex confluxu simplicium oriuntur. Quin & seminiis morborum (75.) post tradendis lucem affundit. Nec vero refert, an morbos, velis, an potius affectus, vitia, diatheses, appellare.

*Morbi Simpliciores.*

125. QUUM morbus corpori inhæreat (36. 42.), in partibus, quæ id constituunt, sedem habebit, proque harum diversitate & ipse diversus erit.

126. Inde continentes occupabit, aut contentas, firmas partes, aut, quos continent, succos. Hæc prima morborum differentia.

127. Utrumque porro partium genus suis instru-  
ctum est conditionibus, quibus ad sua quodlibet mu-  
nia aptum redditur. Istarum vero aliæ communes  
sunt, aliæ ad singulas cuiusvis generis species plus  
minus restrictæ; prout hæ diversis modis ad fun-  
ctiones sanitatis conferre debent. Neutris carere sa-  
ni possumus: nec priorum alienatio minus, quam  
posteriorum, nocet. Unde altera nascitur morborum  
differentia.

128. Est & mutua quædam partium ad partes,  
conditionum ad conditiones, relatio ac proportio,  
qua ultra citrave aberrante non symmetria tantum,  
sed functionum quoque justa harmonia vitiatur. Ex  
quo respectu ulterior morborum subdivisio profluit.

129. Secundum has classes (126. ad 129.) mor-  
borum simpliciorum historiam ordine exponemus.

Di-

Dicenda autem plenius intelligentur, si, quæ de materia corpus humanum constitente causa Chemii demonstrat, præmittantur.

*Analysis Chemica generalis corporis humani.*

130. CORPUS humanum, si contrectabilem materiem species, ex humido & sicco exquisite mixtum constat.

131. In diversa horum (130.) proportione a compositione multiplicium consistentiæ graduum, quibus partes corporis humani inter se discrepant, ratio potissimum sita est.

132. Humidum mera constituit aqua durissimis & que ac fluidissimis indita partibus, qua, ablata nil nisi siccum supereft.

133. Nobilissima hæc materies, leni calore fugax maximam universi corporis molem conficit, fluidumque in ejusdem succis, molle ac flexible in firmam compage producit.

134. Siccum cohærentius, inertius, calore ægrum dissipandum, in triplicem materiem differentis naturæ resolvitur; inflammabilem, quæ ignis pabulum; salinam aquæ amicam; terream denique, quæ igni & aquæ resistit.

135. Inflammabile, coloris calorisque sedes, acri moniæ temperamentum, tenacitatem per firma & fluida diffundit.

136. Salinum, phlogisto adhærente obtusum aqua dilutum, suo interventu hanc illi conciliat.

136. Terreum, totius machimæ basis ac firmamentum, adversus aeris, ignis, aquæ, injurias praesidium, hinc per omnes corporis partes, non æquaten proportione, distributum, fluidis suam singularem densitatem, firmis stabilitatem infert consentaneam.

138. Quaror ista (132. 135. 136. 137.), et multum inter se diversa, in statu sano nihilominus

exa-

exactissime permixta sunt: ut nulla in particula firma vel fluida, alterum sine altero, ubique invenias omnia, nec nisi nocivo impetu sincerum aliquod a reliquorum consortio abstrahi possit. Quo circa nec credibile est, Naturam in fabricando corpore, augendo, nutriendo, elementis uti disparatis, quæ primum inter se misceat, atque alia cum aliis componat, eo ordine ac proportione, ut cuiusvis partis indoles exigit. Imo vero moleculas adhibet jam mixtas, congruaque harum aggregatione ac varia densatione suum opus perficit. Hujusmodi profecto sunt &, quæ de corpore decedunt, detrimenta reparanda, & quæ in succis nutritiis fluitant, aut ex alimentis eliciuntur, particulæ alibiles. Nec major vi-  
rium Naturæ humanæ modus esse videtur.

139. Mixtionem (138.) insuper firmat cohæren-  
tia, qua heterogena inter se continentur, ne spon-  
te divortium faciant, nec vi externa, nisi ægre,  
a se mutuo avellantur.

140. Vis tamen cohærendi uti non eadem est in-  
ter atomos cuiusvis materiæ seorsim spectatæ, ita  
nec inter diversas commixtas æque magna promis-  
cue viget. Aliæ aliis affiniores sunt: dantur, & quæ  
se invicem repellunt, nec, nisi proxenetæ interven-  
tu, consortium stabile subeunt.

141. Humidi, (132.), quam siccii (134.), le-  
vior cohæsio est. Quo fit, ut ex diversa alterius  
cum altero mixti proportione diversi consistentiæ gra-  
dus emergant.

142. In sicca materie terreum (137.) præ aliis  
cohærentissimum est, atomorum suarum in proxi-  
mos contactus compactione duritiem daturum vix  
vix edemandam; nisi aliorum interventu mollire-  
tur. Id solum superest, cum ignis & æris violen-  
tia cetera disjunxit, dissipavit. Duriora ossa, igne  
ad alborem calcinata, suam tuentur cohæsionem ac  
for-

formam ; tametsi præter meram terram nil reliquum habeant . Et quo pars quælibet plus terræ conglomeratum addensatumque continet , eo firmius cohæret . Quod corpus humanum ex multis junctis unum quisit ac permaneat , singulæque ejus partes tamen inter se non confundantur , terræ potissimum debetur . Hic hominis sceletus Chemicus : hoc principium cohaesionis , quietis , inertiae .

143. An autem glutine opus est interposito , aquæ pingui , quo terreae particulæ , sponte dilapsuræ , inter se conferruminentur ? Imo vero opus est , quæties cohæsio fluida , mollis , flexilis , friabilis , immensus firma requiritur , quam intractabilem terra nostra facit . Sufficit huic proximus suarum particularum contactus ad cohærendum : alienorum interventus cohaesionem modo attemperat , quæ tanto laxior est quo istorum ad terram major ratio . Et ipsa glutina terræ , quam continent , suam cohærentiam dabant .

144. Cur igitur partes corporis humani , ignefestæ , in cinerem satiscunt non cohærentem ? Excusis volatilibus vacui nascuntur in massa terrea loculi , quibus fit , ut hujus moleculæ a proximis contactibus longius absint . Quin & bonam terræ positionem una in auras dissipari , docet fuligo , tu spiritus , salis , olei , quæ prodeunt , depuratio . Ide partes magna materiæ volatilis copia suffertæ phenomenon duntaxat exhibent , non item quæ terra compaciore sunt stipatae ( 142. ).

145. Aquæ & terræ , ad opposita cohærentiæ extrema constitutis ( 141. 142. ) , nec nude sociabilibus salinum ( 126. ) & inflammabile ( 125. ) interponitur , hoc terræ , illud aquæ amicum , alterum quoque alteri facile coalescens ; ut adeo horum interventi dissidentes materiæ concilientur . Aqua sic sali nitit , sali phlogiston , huic denique terra , & mixtum omnium

omnium stabilis emergit, gradu cohæsionis, qua inter se ligantur, eundem ordinem sequente, ut privato singulorum ingenio ac mutuis affinitatibus consentaneum.

146. Quare constat, partium humani corporis materiaturam ubique eamdem esse, elementa eadem; differentiam vero diversæ horum proportioni deberi. Abundans siccum cum paucō humido firmitatem efficit; fluorem contra opposita utriusque mixtio. Nec aliter dura pars a molliori, aut humor crassus a tenuiori discrepat.

147. Aucta igitur proportione siccii ad humidum, iujusve ad illud, humor in partem firmam converti, aut hæc vicissim in humorem redire poterit; pars firma durior, mollior; crassior aut tenuior reddi. Cohæsionis gradum ipsa mixtarum materierum proportio determinat. Naturæ humanæ familiare hoc opus diversum genus elementorum non exigit.

148. Nec difficile est videre, quamobrem homin vegetantibus ac animantibus materiem inveniat corpori suo nutriendo, augendo, reparando, idoneam? Aqueum, salinum, phlogiston, terreum, in his omnibus eadem sunt, nec dispar mixtio generalis. Unde & vicissim illis in pabulum cedit corpus humanum.

149. Liquet etiam, cur idem tam proclive in putredinem sit? Humidi ac inflammabilis abundans opia, compagis firmæ laxior pro magna parte coæsio, succorum per hanc undique diffusorum multitudo, id genus corruptionis facile admittit. Ut meito admirabilis habeatur vitæ potentia, quæ machiam a morte statim putrefcentem, aeri proprioque alori, instrumentis ad putredinem efficacissimis, expositam per tot annos tamen incorruptam tueatur.

*Morbi partium solidarum simplicissimi.*

150. IDEA solidi simplicissima est, cum specetur, in quantum a fluido discrepat. Id omni solo commune. Reducitur autem ad solam materię cohesionem (146.). Elementa materię constitutia utrobique eadem sunt (ibid.) variata tantum portione (ibid.). Hæc in firmis partibus a Medi præcipue attendenda respectu cohesionis, cuius versos gradus terminat (147.).

151. Vitiorum igitur, quæ in solidis cognosci tractari possunt, simplicissima quoque ad cohesionem pertinent. Nec alia hic in elementis aut temperatura inveniuntur, quorum utilis & necessaria cognitione. Hæc prima linea Pathologiæ.

152. Cohærentia quidem duobus modis peccata imminutione vel excessu: hæc rigiditas, illa debetas, vocatur. Hi bini morbi similares. Tertio sortæ unitatis nullus hic locus est: cum eo posito ablatâ cohesione concipiatur, adeoque solidi idea evanescat.

153. Utriusque morbi (152.) ingenium declarantia justi cohærentiæ gradus, quo firma compages muniis sanitatis aptatur. Corpori, ex innumbris partibus composito, quarum singulæ suis agit motibus, nec mutuis tamen nexibus elabi debebantur humoribus insuper perfuso non continendis tantum sed & diversimode movendis, dirigendis, mutandis nec lapidea durities, nec mollitudo quævis, congruere poterat. Ut adeo medius quidam inter opposita extrema gradus tenacitatis sanum robur constituatur.

154. Cohæsio etiam non in omni parte eadem est, sed cuivis suo data modo, diversa pro variis cui destinatur, usu. Firmitatis linea, inde a termine fluiditati contiguo, inque hanc velut absorpta ad ossis usque duritatem protensa, quamplurimos intercipit minoris majorisque cohesionis gradus, su-

fin-

singulos partibus convenienter assignatos ; quorum  
permutatio œconomia humanæ intolerabilis.

155. Est etiam , uti generatim sanitatis , ita ro-  
boris legitimi solidorum , latitudo quædam , si diver-  
torum hominum corpora , similesque horum partes  
firmas inter se comparaveris , ut ætate , sexu , tem-  
peramento , &c. a se mutuo discrepant . Vis cohæ-  
sionis in homine singulari congruentiam magis pro-  
portio harmonica , quam absoluta mensura , deter-  
minat .

156. Unde patet , eundem cohærentiæ gradum  
alias naturalem , alias morbosum esse , nec vitia ex-  
cessus aut defectus , nisi ex symmetria reliquarum  
corporis conditionum , dijudicari posse .

157. Debilitas itaque dicatur materiae solidum com-  
ponentis nifus in cohæsionem tam parvus , ut ferre  
notus nequeat , quos vitæ ac sanitatis munia exi-  
gunt , quin nimis cedat .

158. Nec tamen sana habetur corporis partis  
cohæsio , quæ exquisitissimæ tantum vivendi rationi  
respondeat , modicos errores impune non subeat . Be-  
neficio Creatoris homini in tanta rerum vicissitudi-  
ne constituto atque ad altiora nato sanitas contigit ,  
quæ nec minoribus injuriis statim labefactetur .

159. Debole (157.) autem , vi majore actum , aut  
alva cohæsione nimis distrahitur recursu impar , aut  
uptum plane dissolvitur . Unde duo nascuntur hu-  
us vitii genera , quorum quodvis suas iterum spe-  
cies sub se habet pro partium diversitate discrepantes .

160. Ad primum genus referatur

1. Laxum , Flaccidum , in partibus mollibus , quæ  
i minore ultra modum se extendi aut dilatari pa-  
iuntur .

2. Iners , in partibus natura elasticis ; cum cerea  
mollitie lentæ impressos motus suffocant , nec insito  
iuisu in statum pristinum resiliunt .

3. **Flexile**, in ossibus, quæ, amissa stabilitate potentiis distorquentibus aut prementibus nimis cile cedunt, nec formam suam sat tuentur.

161. Genus posterius (159.) comprehendit

1. **Tenerum**, **Gracile**, in mollibus partibus, quorum fibræ, quia justo exiliores sunt, distractæ, tuis, quam par est, rumpuntur.

2. **Tabidum**, itidem in mollibus, quæ corruptos continent, succis maceratae, aut aqueis, olis, mucilaginosis, diu fotæ, acribusve erosæ, contabescunt & friabiles redditæ omnem tenacitatem amittunt. Putredo concitato motu intestino, aqueo salinum, phlogiston, agitat, de terræ intersticiis evanescit, ut hinc cohæsio minuatur. Docet carnium incipiente corruptione nascens delicata teneritudine.

3. **Fissile**, in partibus natura tenacioribus, quæ ob contextum sicciorum minus obsequiosæ distrahi queunt, quin rimas trahant & cohæsione lateris fibrarum soluta findantur.

4. **Fragile**, in ossibus, quorum materies pinguis glutine emuncta, acri exesa, destructa cohæsionem firmitatem, ad leves motus frangitur.

162. Omnia istarum debilitatis specierum (161.) generalis causa sita est in elementi terra quod basin solidorum constituit (142.), particulari contactibus justo paucioribus, nec sat arctis: horum enim numero & proximitati vis cohæsionis respondet. Inde connata aut vitæ regimine acquisita brarum exilitas; succorum præ solidis multitudine aquæ, muci, pinguis, copia inundans; aut & rurumdem absque terræ compactione defectus; violentiam partium ultra tonum distractio; æcre varium, mis per humores insinuatum, amicam aquam trahendo, retinendo, phlogiston solvendo, gluten tenuando, terram exedendo, omnia inter se commovendo, eo deducunt.

163. Qui vero duplice considerat noxam, cui debile solidum exponitur (159.), & cum requisitis sanitatis in diversis partibus comparat, is facile videt, seminum in hoc vitio dari innumerorum magni momenti morborum, maxime sicubi ex incongrua vivendi ratione aut aliunde potentiae nocentes accesserint.

164. Rigiditas (152.), affectio priori opposita, hinc intelligitur: ponit enim excedentem in solidis cohærentiam, qua distractioni suæ plus resistunt, quam modus sanitatis (153.) requirat aut ferat.

165. Efficit autem, prout in diversis partibus variò gradu inest, aut insuperabilem firmitatem, aut fragilitatem flecti nesciam. Quocirca & hic duplex distingue genus licet & sequentes horum species internoscere.

1. Tenax, in partibus mollibus, cum ægrius sese distrahi ac discerpi patiuntur. Exemplum in carnis annosorum animalium.

2. Durum, in mollibus quoque, sicubi præter naturam in cartilagineum aut os mutatae sequaces esse desinunt.

3. Fragile, Vitreum, in ossibus, a fragili (161. 4.) spongioso diversum, nascens ex majore materiæ condensatione, qua fit, ut impetu fortiore rumpantur potius, quam tantillum cedendo cohæsionem tueantur. Docent ossa hyeme fragiliora. Nec molles etiam partes ab hoc vitio prorsus immunes sunt.

166. Ponit hic status (165.) elementum terrestre in solidis ultra modum abundans, nimisve compactum; ut hinc propiores justo ac numero auctos habeat contactus mutuos, interfluentis humidi defectu laborans. Quo nativitas, sexus, ætas, temperamentum, vitæ ratio, ambientia, &c. conferunt.

167. Efficit autem multiplicia circuitus humorum, secretionis, excretionis, nutritionis, incrementi,

38 MORBI PARTIUM SOLID. SIMPL.  
motuum ac sensuum, impedimenta; prout vel  
universo corpore, vel in singulari hujus parte ox  
tinet.

168. Utrumque vitii genus (159. 164.) tam la  
patet, ut firmarum partium nulla iis non obnox  
sit: quum id afficiant, quod omnes inter se com  
mune habent. Itaque non tantum pertinent ad si  
lidum minimum, simplicissime spectatum, sive  
fibrulam esse finxeris, sive informe coagulum; si  
etiam ad membranas, canales, viscera, carnes,  
gamenta, tendines, cartilagini, ossa, &c. quibus  
solidum minimum pro communi materiatura est. Ne  
excipluntur, quae ex canalibus compressis, siccatis  
exhausto densatove suo liquore concretis, compi  
guntur magis aut crassescunt partes; nec quae per  
epigenesin quovis demum modo accrescunt.

*Morbi Solidi vivi.*

169. SOLIDUM vivum dico, quod vi vitali polle  
170. Vis vitalis solidi est, qua id ad contactu  
irritamenti se contrahit, crispat.

171. Irritamentum est, quidquid contactu suo vi  
vitalem (170.) ad agendum ciet. Eo autem no  
tantum acria referuntur, sed & alia multum  
versæ virtutis, quae solidis intus vel foris admor  
aliquam status spontanei mutationem inducunt. Su  
autem occasiones duntaxat, nec adeo veræ cau  
contractionis; quum hæc actioni irritamenti, tan  
quam effectus, minime respondeat, nec in solidi  
vita destituto producatur.

172. Duas itaque in solido vivo concipere facu  
tates licet; alteram quasi sentiendi, qua stimu  
actionem suo quodam modo percipit; alteram m  
vendi, qua sese contrahendo vim vi opponit ac m  
pellit veluti, quod quietis suæ statum turbat.

173. Inde, cum vita in solido agit, series dati  
trium

trium conditionum ; irritationis puta , perceptionis ac contractionis ; quæ successione subitissima inter se confluunt , ac altera alteram excitant , quanquam non æqua virtute , nec semper eadem lege .

174. Perceptioni quidem constanter proportionata videtur contractio , pro minore vel majore illius gradu & ipsa minor majorve futura . At irritationem inter ac perceptionem haud similis semper obtinet ratio , sive stimuli naturam species , seu , quas afficit , partes . Imo vero discrepantia hinc datur multiplex , nec ad certas leges redigenda .

175. Quamvis enim credibile sit , vim istam per universum corpus vivens diffusam esse ; ratio tamen & experimenta suadent , non æqualiter in singulis partibus vigere , sed aliis acutissimam , tenacissimam , insidere , aliis diversimode tum efficacia , tum duratione , minorem , nonnullis etiam minimam , quæ vix aperte se prodat . In hujus scalæ summo gradu Cor stare , proxime sub hoc Ventriculum & Intestina , dein Diaphragma , tandemque ceteros musculos , sagax HALLERI industria nuper detexisse videtur .

176. Diversi quoque istius virtutis gradus in toto homine notantur pro varia ætate , sexu , temperamento , vitæ genere , statu graviditatis , puerperii , &c. Facit & idiosyncrasia differentiam , & conuetudo .

177. Unde fit , ut cujusvis irritamenti applicatio nē non quisque homo , aut quælibet hujus partes , pari gradu sentiant , eademque res & stimuli loco esse & non esse possit in diversis .

178. Est & consensus aliquis ac conspiratio inter vivas partes , qua mutuas sibi suppetias ferunt , atque altera alteram in communes contractiones ciet , cum una modo laceffitur : ut adeo pars singularis irritata nonnunquam universum corpus exagitet .

179. Animalis etiam vis, quæ sensus regit, cui  
vi vitali communicat, & vehementer affecta hu-  
pro irritamento esse potest, ut hæc vicissim illi.  
Quocirca & mentem hominis isti commercio imp-  
icitam esse constat.

180. Hæc (169. ad 180.) consideranti obscurum  
esse nequit, quanti momenti effectus cum in san-  
tate, tum in morbis, ex principio vitali profluan-  
Nititur eo magna pars virium Naturæ humanae co-  
servatricium, destrutricium, medicatricium (4.  
27. 51. 99. & seqq.). In hoc dum agunt stimu-  
morbosi, aliæ atque aliæ nascuntur affectiones  
prout diverso ejus gradu homo ab homine (176.)  
pars a parte (175.) discrepat. Huic potissimum d-  
bentur Naturæ illa molimina, quæ fontem alterum  
Symptomatum (161.) constituunt.

181. Hoc Eὐρηκῶν, Hippocrati dictum, quicum-  
que ad mentem hominis referunt, haud satis ap-  
posite explicant, cur id sine conscientia agat, ne  
obediat voluntati, & vel in partibus de corpori  
vivo resectis aliquamdiu supersit. Rectius itaque  
corpori videtur tribuendum.

182. Quum vero ejusdem actio non adeo in hu-  
moribus, sed in solidis se manifestet, his potius  
quam illis, id insidere creditur; ita tamen, ut au-  
iis non inseparabile adesse aut abesse possit, neque  
hinc ad solidi in se simpliciter spectati naturam  
pertineat.

183. Male igitur in firmarum partium elementis  
horumve mixtione, aut glutine, quaeritur; ut qua  
a morte supersunt, nec admodum mutari videntur  
Fibram, ut simplicissime (150.) mente concipitur  
vivere nemini observatum.

174. Nec juvat precario assumere fictitiam in sol-  
ido fabricationem, ut vis istius fundamentum; quum  
legibus Mechanicis non adeo locus hic detur (174.).

185. Elasticitas quoque, gravitas, attractio, re-pulsio, effervescentia, explosio, & reliquæ corporum inanimorum vires, Physicis Chemicisque cele-bratæ, cum aliqua veri specie huc trahi nequeunt. An vis electrica? Dies doceat.

186. Quare vim vitalem merito ab omni alia corporum vi motrice hucusque detecta distinguimus, ut principium sui generis, viventibus inditum, quod privas sibi in agendo leges sequatur sola observatio-ne detegendas.

187. Quando autem nulla assignari fibra potest, quæ, dum vita gaudet, mero constet solido, nec materie fluida plus minus perfusa sit (182.); & mol-litudo fibræ magis etiam, quam durities, favet vi vitali; hæcque ipsa nisi jugiter reparetur, fugax cito evanescit, dubitare profecto licet, utrum solida eam in semet ipsis habeant, an vero potius subtili cui-dam fluido debeat inhærenti, aut saltem absque novo hujus qualicunque demum influxu diu conser-vare possint. Cave tamen, ne hic de contrectabi-li humore cogites!

188. Ex quibus (169. ad 188.) consequitur, tan-ti hoc motus principium momenti esse, ut non a Phy-siologis medo, sed & vel maxime a Pathologis attendi mereatur; & sua id vitia pati posse, quæ & fre-quentissima sint, & sive solitaria, sive cum aliis morbis complicata, multivarias functionum pertur-bationes inducere queant, nec tamen inter simila-res, elementarios, temperiei, totiusve substantiæ, aut & organicos solidorum morbos, veteribus dictos, neque etiam inter humorum vitia a recentioribus addita, sat commodum inveniant locum, atque adeo singularem sibi titulum reposcant. Quidni præun-tem sequamur HIPPOCRATEM? qui, præter conti-nentia & contenta, etiam τὰ ὄρμωντα, in homine contemplari cum ratione jussit.

189. Vis vitalis dupli modo peccare potest; excessu puta & defectu. Hunc torporem vocabo; illum irritabilitatem. Medicus inter hæc extrema status sanitatem ponit. Cohærentiæ debilitatem aut rigiditatem (151.) nonnulli male cum duobus ictibus affectibus confundunt.

190. Irritabilitas mihi dicitur solidi vivi tanta sensilitas (172.), ut levibus stimulis in motus erumpat enormes, quibus æquabilis functionum tenor perturbetur.

191. Enormitatis motuum mensuram dat nota vis & applicatio irritamenti collata cum intensitate duratione, reciprocatione, extensione contractionum quæ inde consequuntur. Ut ideo huic vitio obnoxii intolerabilia sint, quæ sani facile ferunt.

192. Notetur tamen, quæ intra limites sanitatis consistit, sensitatis differentia in diversis cum hominibus, tum partibus ejusdem hominis (175. ac 178.). Nec singularis etiam cujusdam stimuli intolerantia mox pro morbosa affectione habeatur quamvis inferre morbos possit.

193. Occupat autem iste excessus aut universum corpus, quod una mentem quoque irritabiliorem sibi plerumque junctam habet; aut partem modo singularem, cui, quod suo toti non rite attemperat, levi quavis occasione turbæ nascuntur.

194. Difficile est in tanta naturæ virtutis vitalis ignoratione fontes detegere, ex quibus id vitium promanat. Docet tamen observatio, ut plurimum simili adesse 1. delicatam solidæ compagis teneritatem (161. 1.); alias & 2. strictam fibrarum tensionem, mobiliore elatere comitatam; 3. magnam sensuum agilitatem; 4. saepius & acrem humorum tenuitatem; 5. sistema circulationis agitatius. Unde hæreditas ætas junior, temperamentum mobile, sexus sequior, clima calidius, vitæ genus laustum, sine exercitatione,

tione, aut & strictius regimen, cum meticulosa omnis insoliti evitazione, morbi acuti, febriles, calidi, eo disponunt. A mente corpus irritabilius reddi (193.) non magis probabile est, quam illam ab hoc incitari.

195. Generales, qui ex irritabilitate oriuntur, effectus reducere licet ad solidorum vibrationes tremulas, crispationes, tensiones, spasmos, convulsiones; ex quibus iterum dolores, anxietates, cavitatum contractiones, obstructiones, inflammations, & multiplex circulationis, secretionis, excretionis, aliarumque functionum impedimentum ac alienatio consequi possunt: uti facile est eruere, si quis irregulares illos motus ad varias corporis partes, membranas, vasa, viscera, glandulas, musculos, fibras motrices, organa sensuum, &c. applicat, habita simul consensus (178. 179.) ratione. Unde dubites, utrum huic par affectio detur alia, quæ tot tantisque hominem malis obnoxium reddit.

196. Torpor (189.) solidi vivi ponit imminutam vario gradu sensitatem, hinc ad irritamenta nisus in contractionem tam parvos, ut non sufficient iis producendis motibus, quos œconomiæ salus postulat.

197. Obtinet adeo vel in toto corpore, vel in parte singulari, & minore quidem majoreve recepsu a vigore naturali. Abolitio plenaria, universalis, vel particularis, mors est.

198. Comitari eum solet 1. rudior fibrosi contextus crassities, delicatae gracilitati (161. 1.) opposita, ob molem majorem ægrius mobilis; 2. rigiditas partium tenax, vel dura inflexibilis (165. 1. 2.) superpondio ac compactione terræ gravis; sed & 3. laxitas ac inertia (160. 1. 2.), ex colluvie aquosa, mucosa, pingui; 4. inde & crasis humorum frigida, aquosa, viscida, aut terrestris densior; 5. eorumdem lentior per vasa motus; 6. sensuum denique

que ac animi motuum tarditas . Quæcunque igitur istas affectiones in homine producere possunt , Tropo ri quoque inferendo apta habentur . Sunt autem contraria momentis (194.), adeoque ex his interliguntur .

199. Nec difficulter perspiciuntur mala , quæ e hoc vitio in omne genus functionum redundant quando harum nulla est , quæ principii vitalis influxu impune carere possit . Morbi præsertim chronicæ inde nascuntur valde refractarii , quin insanabiles : quum ob Naturæ virium languorem & medicamenta parum valeant (180. 18.)).

### *Morbi Solidorum continentium .*

200. Non alia datur generalior eademque evidenter firmarum hominis partium constructio , quam illa , qua cavitates efformant , magnitudine , figura decursu , diversissimas , admittendis , continendis transmittendis , vehendis , secernendis , expellendis variis materiebus idoneas : ut ideo universa corporis compages solida continentium titulo comprehendatur .

201. Cavorum vero singula suum habere modum qui sanitatis muniis maxime conveniat , docet Physiologia . Ab hoc igitur si ultra vel citra recedunt morbi nascuntur & notabiles , & valde frequente ob magnam cum parietum , tum contentorum , mutabilitatem .

202. Hæc inter præcipue exponi merentur , quæ ad cavitatis suis lateribus interceptæ , aut lumen quibus admittit vel emittit , magnitudinem pertinent excessu defectuive peccantem : sunt enim præ certis manifestiores , & multiplici magni momenti noxa graves , variorumque malorum , quæ inde oriuntur , naturam declarant .

203. Magnitudo cavi ostiive præter modum aucta ,

Etas, suas in species distributa, ponit.

1. Dilatationem, Εὐρυσμα, cum parietes cavitatis, nimium inter se distantes, spatum justo capacius circumscribunt. Obtainere potest in quibuscumque cavis corporis, majoribus, minoribus, quorum parietes distensionem admittunt, sive canales fuerint, sinus, aut receptacula. Oritur autem, si contenta materies majore vi in latera agit distendendo, quam haec superare contra nitendo queant. Quo facit congesta uberior moles, volumen expansione auctius, impeditus trajectus, impetus advectorum enormis; parietum robur imminutum, aut eorum, quibus a foris fulciuntur, ablatio.

2. Ανεύρωσις, quæ hic vocatur ostii cavitatis, quod amitterit aut emittit, immoda laxatio. Unde fit, ut plus aut aliud quid, quam lex sanitatis exigit, introeat exeatve. Efficere hanc eadem possunt, quæ dilatationem (1.); sphincterum præterea, si quos orificia habent, resolutio.

3. Διαπάσησις, quæ adesse dicitur, cum fibræ membranas cavitatum contexentes, distractæ, a mutuo contactu ita recedunt, ut, absque continui solutio, interstitia hiantia nascantur, quæ, textilis ad instar, transudare sinant humorem, qui contineri debuerat. Producitur id malum ab iisdem conditionibus (1.), sed majore gradu applicatis, & quidem ad cava, quorum parietes contextu subtiliore gaudent, aut vitio laxiores sunt (160. 1.).

4. Διαίρεσις, cum obcohæsionem fibrarum vere solutam parietes cavorum, qua integri requiruntur, perforati sunt, aut ostiorum margines nimis ampliati. Quod effici potest vi mechanica externa, secante, pungente, contudente, lacerante; aut ruptione a contentis distendentibus illata, quæ πῆξις audit; aut erosione ab acribus, quam διάβρωσις vocant.

204. Quodsi potentissimis nocentibus modo enumera-  
tis

tis accesserit naturalis aut morbosa debilitas (157.) vel torpor (196.), universi corporis partis singularis (154. 155. 175. 176. 197.), facilis etiam hæc mala (203.) producuntur.

205. Priores quidem tres affectiones (203. 1. 3.) non adeo plane præter naturam sunt, ut non in statu sano, modico gradu, quoque obtineant & facile ferantur, imo ad diversa vitæ munia etiam requirantur: uti varias partium per ætatem mutationes, impositas sexui sequiori functiones &c. consideranti patet. Unde tum demum pro morbis haberi possunt, cum modum excedunt, aut ordine tempore, materie, partibus, incongruis eveniunt

206. Innotescit etiam, quatuor hæc vitia (201. ad 4.) gradu potissimum inter se differre, quodvis posterius ex priore semel nato produci posse, dilatatione, cum ad ora meatuum usque se extendit, in anastomosin, aut, cum augetur, in dipedesin, hac denique in diæresin abeunte. Quod natu apprime utile, ut venienti malo in tempore occurratur; quando species anteriores facilem sanationem admittunt, vera continui solutio ægrius.

207. Effectus autem multiplices inde consequuntur, qui, rite animadversi ac singulis corporis partibus applicati, plurimorum graviumque morborum originem declarant.

Dilatatio quidem tumores producit, eosque sæpi immanes, si parietes tenaciores vim lente distendentem diu experiuntur: tum vero Natura quoque ne tenuati rumpantur, quandoque cavet densatione, incrassatione, novisve laminis appositis, cavitatum latera roborando. Multiplex hinc conformatiois a statu sano recessus incautos fallens. Violentior distractio rupturas infert: unde contentorum elapsio, & quæ ex hac sequuntur, innumera, Materiæ in cava distenta protrusæ impetus major, impedi-

pedito transitu , crescente æstu , concitata putredine , vi pressionis intercepto in vascula parietum partiumque vicinarum influxu vitali , mortificat . Si tenuior pars materiæ , in cavum amplius congestæ , per os angustius , aut per laterum diapedesin (206.) , transudat , retenta crassior , paullatim densata , tumores solidos , molles , duros , efficit .

Anastomosis , ex protracta dilatatione tandem nascentis (206.) , subito nonnunquam dimittit aggestam diu cohabitamque materiem , finemque malo lœtum , tristem , imponit . Ex aliena materie per oscula meatus ampliora intrante , aut exeunte , errores loci , obstrukciones , ecchymoses , secretionum ac excretionum turbæ , varii tumores , oriuntur .

Nec dissimilia sunt , quæ diapedesis aut diarrhœa , ocyus , serius , superveniens producit .

Quando autem fibræ corporis diu fortiterque distractæ vim sese restituendi demum amittunt , aut in eo statu obrigescunt ; non est , cur quis miretur , noxas ex hoc fonte nascentes haud raro tam diutinas , quin insanabiles esse ; quamvis & potentiae distendentes tandem auferantur .

208. Est tamen in his morbis etiam aliquid medicati , quo Natura utitur in salutem sui corporis , cum nociva materies e massa humorum separari , expelli debet . Criticæ evacuationes ac metastases hoc potissimum adminiculo nituntur .

209. Alterum cavorum male affectorum genus morbos angustiæ promit , quorum & species cognoscere expedit pro diverso , quo fiunt , modo distinguendas .

i. Obstrucio , Εμόραξ , notat cavum congesta materie spissiore , quæ transmitti nequeat , ita repletum , ut pervium esse definat . Quocirca paries cavi non in vitio sunt , sed quæ his continentur . Hæc autem diversimode peccant . Liquor sanus ,  
legi

legitimi fluoris, at errore propulsus in dilatata orifice meatuum, qui natura angustiores vehendæ tenuioris materiæ tantum dicati sunt: quod per anastomosis (207.) evenire potest. Materies indigena, degenerata, iusto tenacior, mucosa, phlogistica, pinguis, amputata, empyreumatica, terrea, grumosa, pultacea, purulenta, feculenta, &c. Materies aliena, calculum, gypsum, vermes, & similia, vel in corpore membrose generata, vel a foris ingesta, applicata, conductuum aut orificiis impacta; ut nec ipsa, nec quæ decet, alia transmitti queant. Huc & referuntur licet partis intra partem receptionem, vulvulum &c. de quibus potest.

2. Obstipatio, *σεροχωρία*, viæ angustatio, quæ fit cum parietum crassities æquabiliter aucta, at tuber intus prominens cavitatem minuit, tollit. Congesti in vasculis aut interstitiis membranarum humores, chondrogenia, osteogenia, lithogenia, emphysema, tumores inflammatorii, purulentis, sanguinolentis, scirrhi &c. in texto parietum nata, sic vero imminent, hue faciunt.

3. Compressio, *στενός*, quando externa vis, cœdientia cavitatum latera introrsum urgens, diametrum per gradus imminuta, tandem distantiam eorundem per mutuum intus contactum prorsus tollit. Timores, ossa fracta, luxata, ligaturæ, pondera, pretentiæ contundentes, distrahentes, contorquentes &c. id vitium creant.

4. Collapsus, *Συνίζησις*, cum latera cavorum, oculorum defectum materiæ contentæ non dispansa, subfusando ad se mutuo accedunt. Ponit ergo parietem aut naturam, aut diurna ultra tonum distensione aliave, causa, flaccidos, infirmos, & subitam depletionem; ut, sustentaculo suo orbati, proprio rebore tueri cavitatem nequeant, quam tamen novo influxu facile recuperant; nisi subsidentiæ compressi etiam (3), aut concretio, accesserit. 5.

3. Contractio etiam hoc referenda, qua parietes insita suarum fibrarum vi contractili sua cava aut ostia arctant, occludunt. Id vel lente & paullatim fit, vel subito & vehementer. Inest nimis in solido, quod cavitatum latera format, vis cohærentiæ (139. & seq. 150.), quæ uti resistit elementorum separationi, ita propiorem reddere contactum perpetuo nititur. Inest & in multis, vario gradu, vis elastica. Accedit insuper vis vitalis (170. 175.). Nec desunt, quibus & muscularis potentia pro adjuvento concessa est; si modo hanc a priore diversam credere liber. His viribus internis cavorum parietes se tuentur adversus contentorum impetus extorsum, sibique a nimia distensione aut ruptione carent. Ut adeo continentium & contentorum oppositi nisus antagonismum exerceant mutuum, quo cavorum diametri determinentur, maiores minores ve futuri, si alteruter horum nisuum a justa æquilibitate recesserit. Inde contractionis lentæ ac subitæ origo ac discrepantia intelligitur. Quodsi vis cohærentiæ & elateris in parietibus ultra modum augeatur, non incremente pariter materiæ contentæ mole, volumine, pondere, motu; aut versa etiam vice hæc minuantur, non item imminuto potentia contractantis momento; pro hujus ingenio paullatim & leniter in sese coeunt parietes, fibrisque adductis cava sua arctant, donec cum contentis ad æquilibrium deveniant, aut his expulsis vel deficienibus, quam possunt, maximam contractionem sequantur. Vis autem vitalis & muscularis, irritata, violentius agit, nec adeo in statu æquilibrii cum contentis quiescens, ad stimulum multiplicem (171.) subito in spasmos (195.) ruit, quibus stricti parietes aut distractionem non, ut decet, admittunt obrigentes, aut cava ultra modum angustant, quin penitus occludunt. Innotescit hinc, quam va-

riæ causæ utrumque id vitium inducant : & cui prior contractio sequatur distensionem imminutam ex hac etiam nimium aucta posteriorem oriri posse ; nec tamen ambas tantopere inter se differre ut non quandoque in eadem parte simul nasci quæant, aut altera alteri supervenire .

6. Coalitus , Σύμφυσις , denique ponit abolitam cavitatem ob parietes , quibus formatur , intus consolidatos . Quod affectionis genus aut post continuo solutionem nata cicatrix callusve infert , aut compressio (3.) , collapsus (4) , contractio (5.) , diuturna , fortior , ut ex contactu interno laterum perdurante concretio demum consequatur . Quin & obscurans tumor (2.) id efficere valet . Quandoque obstruens materies (1.) , solidescens , internæ partem superficie coalescit . Unde constat , omnes agustationum species , ad extremum deductas , tempore tandem in symphysin abire posse : quo cudentum est , frustra ut plurimum tentatur sanationi manus opera adhiberi possit .

210. Uti vero haud rarum est plures memoratum specierum (209.) una concurrere : ita sæpius me huic vitio comes aut pedissequum sese adjungere solet prius (203.) , idemque cavum parte angustius , parte amplius justo esse ob impeditum materialis affluentis transitum .

211. Facile hinc perspiciuntur innumera mala quæ ex hoc fonte in œconomiam humanam redundant ; quum ad omne genus cavitatum maximarum & que ac minimarum pertineat , & a legitima harum ad sua contenta ratione pleræque omnes quarumvis partium functiones plus minus pendeant Complicatio autem frequens cum vitioso excessu (210. etiam noxas inde oriundas multiplicat , aggravat .

*Morbi Solidorum instrumentarii.*

212. **CORPUS** humanum in partibus suis firmis, quæ sensum ope cognoscuntur, systema esse instrumentorum diversissimorum, quæ cum secundum naturam se habent, suo singula numero, magnitudine, conformatione, proportione, situ, nexu, continuitate, determinatis gaudeant, docet Anatome. Physiologia autem demonstrar, vi hujus fabricæ suo inquamque partem aptari operi, quod sanitas potulat, peragendo, ideoque aliam atque aliam cuius contigisse, ut diversæ functionis instrumentum esse debebat.

213. Ceteris ergo integris, sola etiam istarum conditionum (212.) permutatio ac de naturali statu ecessio actionibus sanis impedimento esse potest. inde morbi instrumentarii, organici, nascuntur per uam notabiles, adeoque ordine nunc pertractandi.

214. Monendum vero prius, non omnia, quæ ic occurruunt, vitia, licet a naturæ modo recedant, unctionibus ita obesse, ut morbis vere accenseri meantur (38.): multa etiam, strictiore sensu, prius ad classem symptomatum pertinere; quum ad orum similitudinem ab aliis morbis pendeant (86.): plurima denique ex solidorum & fluidorum affectibus composita esse; uti & ipsæ partes instrumentariae hanc mixturam constanter habent. Hunc tamen circulum evitare nec Physiologia, nec Pathologia, potest.

215. Ut partium similarium (150.), ita & dissimilarium primaria dos est cohæsio. Hac nititur materiae firmitas, continuitas, hinc & aptitudo ad reuas dotes mechanicas recipiendas, conservandas. Initata igitur morbos infert, eosque diversos, prot vel ad partis in se seorsim spectatæ substantiam pertinent, vel ad ejusdem cum vicinis nexum.

216. Prioris generis sunt continui solutiones, quæ sequentes species referuntur.

217. Fractura, quæ solutio continui est in par-  
dura, ossea, cartilaginea, a causis mechanicis  
et a. Hæc lato sensu comprehendit Fissuram, E<sup>st</sup>ri-  
Præcisionem, Attritionem, &c. Producitur ab i-  
uria, quam vis percutiens, pungens, seca, tu-  
dens, cohæsione ossium major, infert. Unde ta-  
to levioribus causis nascitur, quo ossa ex senio, a-  
gelu, lue venerea, scorbuto, arthritide, rachitid-  
carie, aliove vito, fragiliora sunt (161. 4. 162. 16-  
3.); ut ideo, absque vi extērna, sola muscularu-  
actio ossium, quibus infiguntur, fracturas quand-  
que efficiat. Mala, quæ hinc sequuntur, innume-  
facile eruuntur tum ex multiplici usu, quem o-  
œconomiæ humanæ præstare debent, nec possu-  
tamen, nisi integra; tum ex perturbatione, irrita-  
tione, distractione, pressione, laceratione, qua-  
fracta partibus vicinis necessario inferunt.

218. Vulnus, quod notat continui solutionem  
parte solida, non dura, recentem, a vi mechani-  
ita factam, ut sanguis aliasve succus e vasis præ-  
deat. Potentiis ergo similibus, ut fractura, oritu-  
proque harum, &, quas hælædunt, partium, m-  
dique, quo lædunt, diversitate plurimas habet di-  
ferentias & varia nomina, cæsionis, excisionis, pu-  
cturæ, rupturæ, fissuræ, contusionis, &c. Quidquid  
adeo sanarum functionum ab integritate partium  
succis legitime intra sua cava contentis aut mor-  
pendet, nato vulneri vitiari necesse est. Unde, q.  
hinc oriuntur, turbæ numero & varietate infinitæ  
perspiciuntur. Accedunt autem & salutares Na-  
ræ motus, qui vulnus ad sanescendum disponunt.

219. Hujus etiam loci sunt solutiones contin-  
siccæ, quarum hiantia labia epidermis, callus,  
catrix, ita obduxit, ut nec de extremis vasculoru-  
humor

humor elabatur, nec coalescere separata etiam sub mutuo contactu possint. Palpebra, labium, lingua, auricula, &c. fissa hoc pertinent. Nec duræ etiam partes ab hoc vitio immunes sunt, quod alias congenitum est, alias ex vulnero, ulcere, fractura, tare, &c. utcunque sanatis contrahitur.

220. Postetius genus (215.) vitia habet incongruus nexus, quæ cum legitimam partium mobilitatem aut firmitatem pervertant, plerumque non impune feruntur. Peccant autem excessu vel defectu.

221. Connexio excedens dicitur, cum quæ disjuncta esse oportet, coalescunt, aut quorum laxior requiritur cohæsio, justo strictior est. Symphyses duuum, ostiorum, biauum naturalium (209. 6.) huc retuleris. Unde Α'τρητοι ad podicem, genitalia, arethram, meatum auris, nates, &c. Digi, labia, musculi, tendines, viscera, &c. sic inter se, vel cum vicinis, coalita in suis muniis impediuntur: quæ affectiones aut ab ortu insunt, aut ex aliis malis (209. 6.) consequuntur.

222. In articulis præcipue notabile hoc vitium Αγκυλην, Αγκύλωσιν, veteres appellant, cum articuli ita obrigescunt, ut eorum motus prohibeatur. Ponit adeo male affectas illas partes, quæ ad articulam formandum tuendumque faciunt, & varia occasione nascens læsis ex fractura, luxatione, vulnere, contusione, abscessu, ulcere, tumore, dolore, articulis crebro supervenit; siquidem ligamenta quæcumque de causa interdum violantur, contrahuntur, rigescunt, cum internis partibus coalescunt; alias luxungia deficiens siccitatem, aut eadem abundantiori inspissata, quandoque etiam alienus humor in avum articuli effusus, tumorem infert; alias extrema ossium commissorum labe rachitica tumefiunt, aut callus fracti prope articulum ossis, exostosis, ungusve intus luxuriat; aut ulcus vel caries ser-

pens partium firmitatem, cohæsionem, lævorem, figuram, pervertit, &c. Raro autem quædam isti rum affectionum diu inhæret, quin & aliam atq[ue] aliam sibi comitem adsciscat; unde malum insanabile evadit.

223. Hujus etiam generis sunt Αγκυλόγλωσσοι Αγκυλοβλέφαροι, quorum illud linguae adstrictione notat, qua ejus motus ad suetum, deglutitionem loqueland, necessarii impediuntur, ob frenulum nativitate durius magisque contractum, aut ob cicatricem ex vulnero vel ulcere sub lingua relictam hoc simile in palpebris affectionem, qua inter se & quandoque etiam cum albo oculi, vel cum connea, ita cohærent ac coalescent, ut, quum didici nequeant, visui obsint. Oritur ex interposita materia glutinante, aut ex cicatrice minus caute inductæ.

224. Nexus deficit (220.), sicuti, quas cohæscere decet, partes disjunctæ sunt, aut laxius inter se necuntur, quæ arctius debebant. Quo pertinent cartilaginum, epiphysium ab ossibus secessiones; vitia, quæ medium quid inter fracta & luxata habent; dentium vacillatio, articulorum ob ligamenta flaccidiora infirmitas, linguae cohæsio justior, hinc nimia mobilitas, &c.

225. Est etiam plerarumque partium certa quædam inter se collocatio, naturæ maxime consentanea, quæ sola cum pervertitur, functiones integræ esse non possunt; etiamsi cetera se recte habeant. Unde nova iterum morborum classis exsurgit, quidem, ut saepius cum vitiis cohæsionis (215.) complicantur, ab his tamen distincti seorsim considerari merentur pro specierum, in quas abeunt, diversitate. Referantur huc Luxatio, Hernia, Prolapsus, Aberratio.

226. Luxatio dicitur, cum ossa, qua inter se commissa sunt, de sede sua naturali decedunt. Com-

nittuntur autem vel per articulum, cum manifesta  
obscurave mobilitate, vel per coitum, quo diver-  
sum motum non habent, sed, quasi unum atque  
dem sint inter se, junguntur. Hic modus σύμφυσις  
lle τὸ ἀρθρόν, veteribus audit. Pro hac igitur di-  
versitate luxatio etiam in duas species distinguitur.

227. Εἰςάρθρημα, quasi dearticulatio, luxatio pro-  
prie dicta, est articuli de sede sua in locum alien-  
um decessio, qua motus pervertitur. Levior hujus  
vitiī gradus subluxatio est, παραρθρημα, cum os pro-  
parte modo, nec plane extra crepidinem sui acetabuli,  
elapsum est: quo etiam distorsio referatur,  
siquidem & ossium situm turbat. Infert hæc ma-  
ia vis externa varia, expellens, intorquens, distra-  
hens, major robore naturali articuli. Alias & in-  
tra cavitatem nata muci, seri, puris, aliisve suc-  
ci congestio, aut partium exsuperantia, os pedeten-  
im e sede sua protrudit. Favet his potentiis, quid-  
quid conditiones, quæ articalis pro munimento sunt,  
nfirmat. Unde ligamentorum, muscularum, ten-  
dinum, imbecillitas aut soluta continuitas, proces-  
uum, qui prope adstant, ossium ipsorum, qua con-  
tra se sita sunt, cartilaginum interpositarum, mol-  
iumque partium, quæ intus sunt, varia vicia, tu-  
nores, deformitates, relaxations, ulcera, caries,  
traicturæ, contusiones, &c. eo disponunt; ut etiam  
ola suorum muscularum actione quandoque articu-  
us solvatur. Hinc multiples luxationis cum aliis mor-  
bis complicatio.

228. Quum vero in σύνταξi ossium tanta detur  
varietas, & nullus articulus tam similis alteri sit,  
ut non aliquid diversi habeat; nec æquale omnibus  
obur natura concesserit, aliorumque in alias atque  
alias partes facilior aut difficilior sit luxatio; oportet  
um, qui de his vitiis recte judicare velit, non so-  
rum singulotam ossium positas ac figuræ nosse, sed

etiam comperta habere, quæcunque aut communis sunt omnibus articulis, aut propria singulis, ligamenta, cartilagine, glandulas, musculos, tendines, apophyses, epiphyses tum cartilaginosas, tum osseas, harumque in varia etate mutationes, non non vasa, nervos, viscera, quæ adjacent. Nec alter intelligi possunt mala innumera, quæ ex luxatis consequuntur.

229. Altera situs ossium perversa species est, si quæ sine articulo per coitum juncta sunt; inter dehiscunt (226.). Hæc singulare nomen non obnuit, & parte ad nexus vitia (224.) etiam referre potest, in iis certe ossibus, quæ media quædam materia inter se connectit. Cæterum ex supradictis (227. 228.) intelligitur.

230. Hernia (225.) adesse dicitur, cum functa læditur, quia pars mollis, interna, ex sede suæ naturali egressa, intra cayum aliis partis mollis molese recepta est. Hoc nomen genericum, ut sanguinas sub se species habeat, abusive tamen transfertur ad varios tumores, quos hernias spurias vocant, eo quod iisdem locis, quibus hernia vera affimiliaris est, eveniant; quanquam origine, & natura sunt dissimillimi, nulloque proinde jure huc referri possunt.

231. Partium, quæ abdomine continentur, herniae præ aliis & frequentiores sunt & præcipue memorabiles. Iis opportunitatem dat parietum, qui abdomen circumdant, pro magna parte mollitudo; peritonæi, quod intus succingit, natura tenax quidem at maximam distensionem admittens; viscerum, quæ isto sacco continentur, moles ingens, laxitas, mobilis, multumque perpetuo varians ob diversarum contentorum quantitatem dimensio, nec certa semper in omni suo ambitu sedes; eorundem hinc respirationis aliorumque corporis motuum agitatio pres-

pressio, major, minor, perpetua, nec tamen semper ab omni parte æquabilis, adeoque & continuus fere nifus ad erumpendum de coercente suo sacco, si qua detur rima, aut ad eundem dilatandum. Huic ut resistere peritonæi membrana posset, ossibus, musculis, aponeurosibus, integumentis, &c. foris impositis fulcitur, intorsum urgetur. Ita nato inter oppositas potentias æquilibrio nec de angustiis suis prorumpere interanea possunt, nec nimis cedere peritonæum. At si qua parte istud externa sua vi destituitur, aut contentorum impetus, inæqualiter directus, aliquam ejus sedem, quæ minus reniti queat, vehementer extorsum trudit; cedens ibidem peritonæum aut in appendicem cavam dilatatur, aut, quod rarissimum, rumpitur: utroque autem modo, quæ intus vicinæ sunt, partes mobiles de suo cavo emigrare finit & extra abdominis peripheriam subter communia integumenta fese effundere, crescente indies tumore, si eadem causæ perduraverint. Hæc generalis est idea herniarium, quæ ad abdomen oriuntur. Unde differentias multiplices intelligere facile est.

232. Umbilicus, post partum præcisus, cicatrice occlusus, si minus firmo constat circulo tendineo, quo olim vasa umbilicalia transmiserat, ea sedes peritonæi, quæ subest, in centro motus abdominis constituta, nec satis a foris suffulta, ab adjacente tum epiplo, tum intestino, propulsa se remittit, diducitur, cutim & ipsum umbilicum attollit saccumque format, in quem vicinæ intus partes morbose recipiuntur. Ita tumor nascitur, quem communi nomine ἔξομφαλον vel ἔξομφαλον πάθος vel ὄμφαλον οὐλην herniam umbilicalem, vocant, vitium infantibus fœminisque ex graviditate ac partu difficili frequentius.

233. In utroque inguine, qua sede funciulus va-  
forum,

forum, contextu celluloso comprehensus, sub peritonæo emergens, per annulum, rectius arcum tendineum muscularum abdominis obliquorum, externi & interni, super os pectinis descendit, inque viris & testes, in fœminis ad pudendorum oras, nomine incongruo ligamenti uteri rotundi, defertur, ibidem membrana peritonæi nudior, minusque extrinsecus suffulta, frequentissime herniam patitur. Quod si enim foramen illud arcuatum quacunque de causa diducatur, pressum a contentis atque distractum peritonæum per id descendit, secumque una abducit proprie quas partes, omentum, intestinum, &c. nascente a inguen tumore, qui hernia inguinalis, *βεβωνικη* dicitur, quamdiu in hac sede consistit. Si vero oxyus, serius, ad inferiora etiam se protendit in viris quidem ducto scroto hernia scrotalis *οσχεοντη* vocatur, in fœminis autem ad labium naturalium devolutus peculiare nomen nondum obtinuit. Hæc tamen etiam in utroque sexu quibusdam hernia inguinalis completa, illa incompleta, audit

234. Præterea ad externum inguinis latus, quod proxime subest femoris cum coxa articulus, simile vietum quandoque oritur, cui nomen herniæ cruralis femoralis, inguinalis, externæ, *μηροποιησις* a recentioribus impositum. Ea nimis tamen sede vasa cunalia, materie cellulosa involuta, ex abdomine, per sinum ossis ilium, sub aponeurosi musculi obliqui externi & interni crassescente, inque speciem ligamenti, quod a FALLOPIO vel POUARTIO denominatur indurata, educuntur & ad femora ac pedes descendunt. Id ligamentum itaque si qua de causa distractum vel laxatur, peritonæum hoc loco debilius cedit, extenditur, inque appendicem producitur cavam, quæ omentum ac intestinum recipit, cumquis secundum supra dicta vasa, in anteriore femori regione, paulatim descendens, integumenta communi-

nia in tumorem elevat. Sexus sequior hoc malum  
requentius, quam viri, experitur.

235. Istis quidem locis (232 ad 234.) venter ita  
natura comparatus est, ut minus ad resistendum  
obur habeat. Nec ideo mirum, saepissime ibi her-  
nias incidere, si vehementior corporis nixus, spiri-  
tu cohibito, casus ab alto, præceps saltus, ieiunus ab-  
domini illatus, valida succussio &c. ventre simul ci-  
po, potu, fœtu, aere, aqua, admodum distento, aut  
superne per fascias, thoraces vestesve arctiores val-  
de compresso, aut feminibus multum diduntis, oc-  
casionem dederit. Magis tamen his vitiis obnoxii sunt  
homines ætate, temperie, morbove debiles, flacci-  
di, humidi, obesi: unde immodicus quotidie la-  
ctis, olei, butyri, pinguedinis, aquæ calidæ, usus  
eo disponit.

236. Rarior est, nec tamen prætermittenda, quam  
centralem vocant, hernia, quæ in quibusvis aliis  
abdominis sedibus oriri potest, quotiescumque perito-  
næi membrana, ob musculos, præcipue transversum  
diem, quo proxime contegitur, aliqua parte rela-  
xatos, collisos, incisos, ruptos, adesos, sustentacu-  
lo suo orbata, infirmior foras prorumpit atque di-  
stenditur, aut ipsa quoque continui solutionem pas-  
ca, prohibere nequit, quo minus ea, quæ intus sunt,  
foras emergant. Per universum ideo ventris mollis  
ambitum accidere solet, si qua hujus regio ex vul-  
nere, contusione, abscessu, finu, recente cicatrice,  
debilior, pressione justo majore (235.) urgetur.

237. Huc igitur & referre licet ab observatoribus  
memoratas hernias lumbales, dorsuales, tum eas,  
quæ ad foramen magnum coxarum ossis, & ad pe-  
rinæum, visæ, & internis quoque variis sedibus ita  
natas, ut extrinsecus nullo tumore sese prodant, &  
si quas alia forsan in posterum praxis detexerit. Dia-  
phragmate laxato, læso, vicina abdominis contenta

238. Ut autem sede differunt abdominales her-  
niae, ita non minus partibus elapsis. Unde vari-  
quoque denominationes obtinere. Frequentissimum  
omentum, aut intestinum, aut utrumque includuntur  
dicunturque ἐπιπλοοκήλη, ἐντεροκήλη, ἐντεροεπιπλο-  
κήλη. Nonnunquam & ventriculus subest: quam  
γαστροκήλη vocare licet. Alias vesicæ urinariæ par-  
in viris ad inguen, & vel ad scrotum usque protrahen-  
ditur; in fœminis etiam quandoque ob graviditatem  
pressa descendit, vulvamque inter & anum lotio tu-  
gens prominet: haec κυστοκήλη, cuius species etiam  
prolapsus utero sese adjungere solet. Nec vel uterus  
ab hoc vitio immunis dicitur: quæ ύπεροκήλη. Alia  
rum partium similis ratio est.

239. Scire etiam expedit, intestinum quandoque  
non toto sui cavi ambitu, sed parietis sui aliqua tan-  
tum sede in processum diducta, intra saccum her-  
niae recipi, complicato dilatationis (203. 1.) & si-  
tus perversi vitio. Id ipsum & vesicæ, & fortis  
matrici quoque accidere potest, labe congenita au-  
post inducta.

240. Impedimenta functionum, quæ ex his vitiis  
(232 ad 240.) profluunt, innumera sunt & pro di-  
versitate dimotarum partium valde diversa, tum ve-  
ro præsertim periculi plenissima, cum strictius fac-  
ci hernialis ostium & reversionem prohibet, & in-  
tercepto humorum motu inflammationem ciet, quæ  
plerumque brevi in gangrenam transit.

241. Prostant & exempla Εγκεφαλοκήλης in re-  
cens natis infantibus, parte quadam encephali pe-  
hiatum calvæ extorsum protrusa, atque in tumo-  
rem integumentorum recepta. Cranii ossium mol-  
litudo nimia, inæquabilis, aut defectus; hydroce-  
phalus; pressio capitis intra uterum & in partu

pro-

protractiore violenta, inæqualis, in causa esse possunt.

242. *Γλωσσοκήλη*, linguae hernia, dici potest, quando lingua justo mobilior, in fauces revoluta, nixu deglutitionis intra ostium pharyngis impacta hæret in cavitate non sua, hancque & proximam spiritus viam quandoque obturat non sine præsentia vitæ discrimine. Lingue, ob frenulum brevius, aut ultra modum & præter necessitatem sectum, nimia mobilitas (224.) in recens natis, sugendis cupidis, hoc malum infert.

243. Musculi denique & horum in primis tendines, si de suis sedibus exsiliunt, ob laxata aut rupta, quibus continentur, vincula ac fascias, in sequente ut plurimum violento spasco, situs vitium patiuntur, quod hujus etiam loci est.

244. Aliud berniae genus est, quando pars in se met ipsam revolvitur, ac suum intra cavum recepta hæret, ideoque in opere suo turbatur. Quod malum volvulus aut intus susceptio dicitur, nec nisi in intestinis locum habet, quum aliqua pars istius tubi contractior in vicinam ampliore compulsa irrumpt hujusve cavo conclusa retinetur.

245. Laixa mobilitas intestinorum, magna sensititas, facilis & dilatatio a contentis, & vicissim a spasmis contractio, faciunt hoc vitium crebro nasci, si quæ violenta commotio, vomitus, irritatio ab acribus inflammatis lumbricis, &c. accesserit. Nec tenuia tantum, sed crassa etiam ei obnoxia.

246. Susceptio autem vel sursum vel deorsum fit; eademque ad variam profunditatem varioque numero. Alias plenaria vel perfecta est, cum universus fistulæ ambitus, una cum suo mesenterio, subintrat; alias imperfecta ac levior, quando pars peripheriæ modo, præsertim a sede mesenterii remotior, implicatur.

247. Pertinax malum , producta obstrukione (209.) tubi intestinalis , omnem primatum viarum functionem turbat , natoque ileo celerem pletumque mortem inducit . Sæpiuscule tamen etiam innocuit , si spasmus , inflammatio , impedimentum materiae trajiciendæ , abest .

248. Procidentia , *πρόπτωσις* , (225.) , ab herniâ differt eo , quod ponat partem mollem , quæ secundum naturam intus recondita est , e sede sua indimotam , ut per hiatum aliquem , vel naturalem vel vitio natum , nuda foras effundatur . Unde simul patet , non omnes vulgo dictos prolapsus hujus loci esse .

249. Proprie huc referatur Ani procidentia , cui postrema tubi intestinalis pars , cui recto nomen relaxata per podicem descendit atque inversa excedit , bursulæ aut sarciminis in modum foras propensdens . Ex quo , præter alias noxas , etiam dolor inflammatio , gangræna , consequuntur , maxime si quod elapsum est , sphinctere ani valentius contractus stringitur . Producunt hoc vitium , quæcunque aut intestinum ipsum , aut nexus ejus cum vicinis & stabilem positum infirmant , diarrhoea diuturna , dysenteria , tenesmus , creber acriorum purgantium usus , fex dura , sicca , ægrius nec nisi validis conatibus extrudenda , hæmorrhoides , ascarides , ulceræ , vulnera levatorum ani , &c. His quidem omnibus debilitatum intestinum leviores etiam nixu ferre non potest , quin remisso sphinctere elabatur .

250. Uteri procidentia , ubi simile priori (249.) vitium patitur in fœminis uterus , qui per vaginam devolutus foras protuberat , isque vel inversus , vel non inversus .

251. Inversi uteri prolapsus dicitur , cum ejusdem fundus inversus intra apertum os internum se demittit , ac per vaginam descendens , forma plenum-

tumque globosa, ex partibus naturalibus propendet. Cujus mali varii sunt gradus ad summum usque, ibi totus uterus elapsus tumorem facit, qui etiam vesicam illi adhaerentem intus comprehendit. Puerperio saepissime supervenire subito haec affectio solet, cum aperto etiamnum post partum ore interno, uteroque nondum condensato, rudiore manu valentius protrahuntur secundæ: rarissime, si unquam, ex doloribus partum insequentibus. Alias amen & virginibus mulieribusque nunquam puerperis, paullatim & tardiore progressu, accidit marcescente ob ætatem proiectam utero, multaque pinxitudine, aliave materie intra ventrem accumulata deorsum truso. Multiplex autem, quæ ex hoc citio nascitur, functionum læsio facile patet. Si pars prolapsa contrahente se ore interno premitur, inflammatio, gangræna, mors inopina saepe instat.

252. Quodsi vero sic dicta ligamenta, quæ uteum in sua sede continent, hujusque & vaginæ contextus, ac ceteræ partes vicinæ, relaxantur; utes totus, præeunte ore interno, descendit, & ex pudendis prolabitur, tumorem extrinsecus creans, cui os internum prodit. Hic uteri non inversi prolapsus (250.) major, minor, & virginibus & matritatis infestus, quandoque congenitus, tumque falso nonnunquam ad ambigui sexus conformatiōē elatus. Nascitur omni causa, qua aut universum orpus, aut speciatim partes genitales, præter monum flaccescunt. Unde calidæ abusum, fluores alios diuturnos, partum laboriosum, neglectum a artū decubitum, &c. consequi solet. Uterus quoque in modum scirri induratus, tumefactus, valde ponditosus, vi vaginæ illata, sibi viam ad descentum parat.

253. Vaginam præsertim prolabi frequentissimum est, & modo quidem duplici. Vel enim ora circum-

cum circa relaxata in modum botuli , varia longitudine , ex pudendis dependet ; vel pars tantum aquæ tunicae ejus resoluta descendit , quæ non mature reducta , ære , attritu , pressione irritata , non nunquam in vastum turber , farcomati simile , agetur , incautisque specie prolapsi uteri imponit . Iisdem ceterum causis (252.) , nec non rudiore cuiusni tractatione , oritur hoc vitium , multisque incommodis molestum est .

Facile autem perspicitur , memoratas (250 ad 253) procidentias multimodis inter se complicari possunt aliamque ex alia consequi .

254. Oculus τροπτωσις , aliis ἐκτισμόν , patitur cum inflammatione , hydrophthalmia , aliave causa distentus , aut nato intra orbitam tumore pressus e sede sua prorsum vel ad latus propellitur ; ut par pebris contineri nequeat . Lingua similem in modu ore extruditur ,

255. Multæ præterea internæ partes , uti encaphalon , pulmo , omentum , intestina , splen , & per vulnera & ulceræ in cavitates penetrantia foris prodire possunt . Quo pertinet ueræ oculi prolapsus cum hæc tunicula per corneæ ruptæ , incisæ , emfæ , aperturam protrusa tuberculum excitat , σαφύλη , μυοκέφαλον , μῆλον , ἥλος , pro varia similitudine dictum .

256. Aberrationum (225.) denique multiplex genus supereft , quæ partibus molibus eum in modu accidunt , ut nec herniis , nec procidentiis , annulerari possint , haud minus tamen memorabile quia sanitatis functiones sæpe magnopere pervertuntur . Viscerum situs alienati , intestinorum contorsiones nodi , testium intra abdomen aut ad inguina retegio , oris uterini obliquitas , &c. hujus loci sunt . An & incongrua fœtus sub partu collocatio ? & conceptus extrauterini ?

257. Fatendum nihilominus, haud raro occurrere d genus errores, qui, ut enormes videantur, œconomiam tamen nequaquam turbent, nec adeo inter morbos referri mereantur (38.).

258. Porro numerus partium vitiose excedere aut eficere potest. Exuperantia raro morbus est, cumunctiones non admodum lædat: ut sextus digitus, tertius testiculus, &c. Rerum vero, quæ præter naturam sunt, ratio hoc loco haberi non potest. Delectus tamen plerumque impedimento est, hinc moris accensendus, si in unica cadit instrumenta, aut & in illa, quorum gemina quidem vel plura corpus habet, sed quæ, si quod consortium deest, humus vicem reddere nequeunt. Levioris autem & magni ingenii est ex eo, quod partibus quibusdam haud ægre caremus, inferre, præter omnem utilitatem nobis a Natura datas esse.

259. Conformatio uti primario ad usum, deinde & ad pulchritudinem comparata est, ita cum delectit a naturæ ordine, alias turbatis functionibus morbos parit, alias deformitates tantum innoxias, quæ raro Medicum occupant. Hæc igitur vitia quæ iudicare volet, cogitet, dimensionis limites non in omnibus & singulis partibus adeo strictos esse, quin multiplex varietas sanitati illibata feratur; neque idem cuivis homini vel nationi pulchrum auctiforme videri.

260. Magnitudo etiam suos excessus ac defectus patitur, aut morbis aut turpitudinibus anumerantibus, qui tamen magis in singulis partibus, quam in universo corpore spectari debent. Sanitas ingenem staturæ humanæ diversitatem admittit, pumitioni apte conformato haud minus propitia, quam vasto giganti. Nec, quæ ex varia ætate solummodo profluit, quantitatis differentia in toto corpore aijusve partibus, et si functionum imperfectionem creat,

morbosa dici potest; quum naturæ legibus consentanea sanitatis latitudine contineatur.

261. Simplex auctæ quantitatis vitium est Enormitas, cum pars immodico materiæ propriæ appositu ultra, quam par est, augescit, conformatio ac substantia illibatis. Debentur itaque excessui nutritionis, quem affluxus humorum ad partem juxta major, trajectus difficilior, hinc nutrimenti accumulation, aut & detritio solito minor, producit. Eo autem, præter alia multa, defectus nutritionis in aliis partibus etiam conferre potest. Datur formæ & ab ortu quædam dispositio singularis huic instrumento favens.

262. Tumorum natura magis compōsitæ est: pernit enim fere alienum quid, sive fluidum, sive fermentum, partibus impactum, vitia humorum, metuum, morbos instrumentarios alios, &c. diversimode inter se complicata, quorum efficacia non tantum volumen partium augeatur, sed substantia quaque, figura, aliæve qualitates sensibiles præter naturam mutantur. Unde hoc loco nondum intelligi possunt.

263. Par ratio est minutæ quantitatis, quam amputatio inducit tollendo partem instrumenti, a multiplici vitio nascens succorum repletum, nutrientium, defectus, aut causa ipsam materiem fluidam liquans, deterens, corrodens, dissipans. Commitatur adeo morbos varios infra demum exponendo.

264. Denique & partes, quæ in se spectatæ ratio magnitudinis non laborare videntur, collatæ cum aliis, proportione (2:2.) excedere aut deficere possunt, ut ea de causa homini major ad certos morbos proclivitas nascatur, dicique debeat, si quidem id morbi nomen non meretur, seminum nomen morbi esse, quod alias ab ortu adnascitur alias post demum ex ossium præcipue affectionib.

con-

contrahitur. Constans proportionis diversitas, quam exus & ætas monstrat, non pulchritudini tantum, sed & utilitati servit.

*Morbi Fluidorum:*

265. HUMANI corporis molem longe maximam ex fluidis constare, uti Chemia docet; ita his ad exequenda vitæ & sanitatis munia haud minus opus esse, quam firmis partibus, ex Physiologia certum habetur.

266. Nec perinde est ad functionum integratatem, qualis humor corpore contineatur, aut qua copia, quove loco sit, moveatur ne an stagnet, retineatur an excernatur: sed habent ista omnia suum quoque a Natura constitutum modum, a quo si deflectunt, morbus imminet.

) 267. Itaque, expositis solidorum vitiis, affectiōnum, quæ in humores cadere possunt, doctrinam simili methodo (122.) nunc quoque tradi oportet. Fatendum quidem, veteres haud adeo male iisdem inter morborum causas locum dedisse; quum solitariæ plerumque illibata sanitate ferantur, nec nisi laesis demum solidis in morbum erumpant. Rationes tamen (123. 124.) datæ prævalere videntur.

268. Humores corporis humani a Pathologo vel in se ipsis seorsim, vel compare ad partes firmas, quibus continentur, spectari possunt. Utroque modo ingens vitiorum numerus occurrit, quorum illa absoluta, hæc relativa, dicere, singulasque classes in sua porro genera distribuere liceat. Ordinem pertractatio prædet.

*Morbi cohærentie in Humoribus:*

269. OMNIBUS fluidis communē est differre a solidis. Differunt aut sola materiæ cohæsione (150.), cuius exiguum quidem, at tamen aliquem habent

gradum. Cohæsio nulla non fluidi minus, quam solidi, conceptum tollit: uti contra auctior fluidum in solidum mutat. Hujus igitur dotis, ut simplicissimæ manifestissime & maxime universalis, hæc primum ratio habenda.

270. Vis cohæsionis non eadem secundum natum obtinet in omnibus & singulis humani corporis humoribus: sua cuique data est, qua, quib[us] destinatur, muniis aptissimus reddatur. Fluiditas ideo scala haud secus, quam firmitatis (154. 155.) multos comprehendit gradus valde differentes, si successus diversos ejusdem hominis inter se compares sive eosdem species in diversa ætate, sexu, tempore, vitæ genere, &c. Nimirum suos sibi humores propriis viribus fabricat corpus sanum, his suum ad modulum fingit. Hæc sani morbosique isto genere mensura (156.).

271. Cohærentia inter particulas humorum dicitur virtus, excessus ac defectus. Hæc tenuitas, dissolutio, illa tenacitas, spissitudo, lensor, dicitur. Utraque aut universos humores, aut singulare quendam occupat, toti corpori, aut parti modiciva.

272. Qui considerat, Naturam non frustra homini sani liquoribus diversissimos cohæsionis gradus tribuisse (266.); his auctis aut imminutis pro ratione decrescere aut augeri fluiditatem; pro hujus auctoritate pariter minus magisve expeditos reddi humores ad motum, transitum per canales, divisionem, mixtionem, abstersionem, excretionem, & dein cum his confert multivaria munia, quæ proportionem humanæ ejusque functionum integrata obire debent: cum latere nequit damnsa utriusque malo (267.) potestas. Ut merito quis miretur quisque & hujus rei inter Medicos controversiam esse.

273. Conditionum, a quibus fluiditas nostrorum humo-

humorum pendet, idea ad intelligendam ejus vitium naturam prælucebit.

274. Humores C. H. omnes & singuli, quos sensuum ope examinare licet, ex diversa materie mixti, parte tantum aliqua ex se fluidi sunt, altera parte solidescunt; ut crassamenti fluor vehiculo influenti debeatur, hujusque ad illud varia proporcio diversos fluiditatis gradus constituat, altero alterius cohæsionem moderante.

275. Pars fluida mera fere aqua est (132. 133.), qua demta reliquum spissescit. Unde quo tenuior rassiorve humor est, eo plus minusve aquæ exhibet.

276. Crassamentum ex triplici materie, salina, inflammabili, terrea, (134. ad 137.) coalitum, per quam varia proportione diffusum, inde concrescere potens, hanc vicissim sua quoque spissitudine minus inviscat.

277. Differentiam itidem facit mutua proportionum materierum (276.), quæ crassamentum efficiunt. Abundans terra & phlogiston magis inspissant.

278. Est & mucosum quid in humoribus, lentum, in fila ductile, gummi vegetantium simile, crassamenti portio minus oleosa, mixtione singulari blanda, tenax, simulque aquæ amica & bibula, quæ adhæsione sua fluorem lubricum efficit, eo quidem ifscidiorēm, quo magis abundat.

278. Legitimæ istarum materierum (274. ad 278.) proportioni accedens mixtio æquabilis, quam motus & calor præcipue conservant, suam cuivis humoris consistentiam determinat.

189. An etiam sphærica molecularum figura, quam microscopium detegit, minimos contactus admittens, leviorēm cohæsionem disponit? Multa sunt, quæ ubitare jubent. Videas & globulos sanguinis, cum resi aliam induunt formam, non cohærescere: nec

certe, nisi interfluente vehiculo disparati, fluiditatem tuentur. Oleum non ideo fluidius est, quæ se in sphærulas colligit cum aquoso latice suæ actum. Ceterum qualèm particularum figuram fluida homogenea præ se ferant aut exigant, Physici determinent: de humanis liquoribus quod Medicis citu utile videtur, meum est hoc loco proponere.

281. Liquet hinc multæ esse, quorum concursio justa humorum fluiditas nascitur, hujusque aëatio in varias abire species, a Medico probe distinguendas.

282. Spissitudo (271.) quidem alias defectum patit aquæ, quo fit, ut crassamenti particulæ inter nimis propinquæ tenacius cohærescant. Potus pector, excretiones lymphaticæ auctiores, dissipati humidæ per motum, calorem, &c. absorptio aut stagnatio ejusdem a crassamento separati, id malum producunt.

283. Nascitur & iners gluten in humoribus, cum crassamenti pars mucosa (278.) ultra modum incusat. Hæc, aquæ amans, hujus quoque abundant copiam imbibere ac inviscare potest. Unde specie hæc tenacitatis a priori (282.) diversissima ortu habet ex alimentis glutinosis, coctione debiliore, circuitu humorum languente, intermissò motu animali, frigore, retentis excrementis mucosis.

284. Crassamentum porro superpondio suæ træ (276.), in qua vis cohesionis maxima (142) laborare potest, atque hinc tenacitas nasci posse sicubi & aquæ defectus (282.), ut fieri afolet, cesserit. Discrepat autem hoc vitium pro vario træ cum materie salina aut oleosa connubio. A inhærens stipticum producit concrementum, quo aquosus etiam latex solidescit. Pingui obvoluta terra piceam in amurcam abit, quæ, resinæ in tum, aquam respuens tenacissime vasis adhæret.

re abstergenda. Terrestria, dura, sicca, austera, dstringentia, farinosa non fermentata, glutinosa, ingua, coagulantia, refrigerantia, stupefacentia, itulo cibi, potus, medicamenti, veneni, ingestar easteriem dant, cui si junguntur causæ (282.), quæ nobiliora expellunt, crassiora figunt, tanto citius ertiusque humoribus ista labes inducitur.

285. Effectus generales spissitudinis facile perspiciuntur: primarii sunt tardior humorum per canales transitus, hinc stagnatio, obstructio, infarctus, excretionum ac excretionum impedimenta, multivarium denique tumorum genus.

286. Alterum cohærentiæ vitium, tenuitas humorum (267.), quæ fluiditatis excessum ponit, haud minus multiformis est, hinc pro differentiis suis ordinate exponenda.

287. Prima eaque simplicissima species aquosa di-  
i potest, quum ortum debeat aquæ humores inun-  
lanti, qua reliqua principia nimis soluta & diffusa  
n moleculas justo minores, laxius cohærentes, te-  
nuantur. Sequitur abusum aquosorum, maxime ca-  
lidorum, internum, externum; vitam desidem in  
tere humido; solidorum debilitatem (157.), torpo-  
rem (196.); evacuationes nimias; hinc circuitus vi-  
alis languorem; caloris nativi defectum; retentio-  
rem excrementi aquosi. Producit autem suas vicis-  
sim causas, solida inundata infirmando (162.), tor-  
pefaciendo (198.); hinc tumores aquosos, frigidos,  
omniumque functionum lentorem.

288. Altera tenuitatis species, composita, acrimoni-  
am aquæ junctam habet, cuius vi solvente ter-  
reum ac oleosum crassamenti magis divisum, vehi-  
culo aqueo æquabilius solutum dilutumque, arctio-  
rem cum hoc copulam init atque adeo a mutua co-  
æsione prohibetur. Acre insuper, sicuti salinæ est  
indolis, amicum aquæ, hanc trahit ægriusque di-

mittit. Nascitur dissolutio hæc ex acti multum variante, vel inquilino, abundante, magis evoluto corrupto; vel alieno cibi, potus, aeris, medicamenti, veneni, miasmatis, contagii, ingestio v<sup>er</sup> foris admoto, noto vel ignoto: qua de differenti suo deinceps loco dicetur. Tum quoque de effectionibus inde oriundis constabit, ut qui pro acrimonie diversitate multum discrepant. In genere tenuis humor, valde meabilis, acri suo simul irritans, redens, facili e vasculis elapsu hæmorrhagias, diarrhoeas, ptyalismum, urinas & sudores colliquantes ecchymoses, maculas, exanthemata, pustulas, plus resque alias circulationis, nutritionis, secretionum & excretionum turbas inducit.

*Acritates morbosæ humorum.*

289. Quodsi porro humores spectentur, uti homine sano insunt, facile liquet, non sola fluiditate suis auctari muniis; sed requiri alias insupendotes, easque vel communes omnibus, vel singulare propria, quibus & ab aliis liquoribus non humanis & inter se se discent.

290. Communium princeps est blandities, quam paucissimis exceptis, omnes nostri humores sani prius feruntur. Huic igitur oppositum vitium acrimoniae, cum frequentissimum sit, & multiplex, mutisque modis damnosum, singularem meretur attentionem.

291. Acre in genere ratione corporis humani citur, quidquid pungendo, secando, rodendo, solidorum cohæsionem solvere, partibus vi sentientibus præditis dolorem inferre, & vi vitali (170.) armatas ad contractionem stimulare valet. Aliud Mechanicum est; aliud Chemicum, hujusque obscurius agendi ex manifestiore illius utcunque intellegitur.

292. Acriis Mechanici vis solvens , dolorifica , stimulans , ponit corporeæ massæ 1. figuram anguofam acutam , qua penetrabilis sit & omnem sui notus vim in pauca modo puncta corporis , quod ferit , imprimat ; 2 duritiei gradum , comparate ad corpus feriendum , majorem ; 3. motum , quo in seie mutuo incurvant .

293. Chemicæ acritudinis ; quanquam subtilissima fabrica aciem sensuum effugit ; ob effectuum tamen similitudinem par ratio esse videtur . Rigiditatis , acuminis , motus , ideæ & hic concurrunt , sed sano sensu , nec subtilius , quam verius , adhibendæ . Actioni hujus acriis favet fluor : ut adeo rigiditas nequaquam in universa massa , sed in minimis ejusdem particulis duntaxat ponenda sit . Nec & harum figura exacte determinari potest , quæ forte in aliquo alio acriis genere diversissima est , nec profectio tam absolute angulosa requiritur , quin & alia concipi queat . Motum denique hæc acria non tam aliunde præstolantur , quam insita sua vi excitant , vi tamen vitali (170.) simul adjuta .

294. Quocirca patet posterioris tantum acrimoniam (293.) rationem hoc loco haberi ; ut quæ sola humores ita inficere possit , ut partem eorum constituant .

295. Hujus vero multiplex origo clarius innotescet , si , quibus ad eam avertendam Natura utitur , adminicula prius intelligantur .

296. Primum quidem , quos homini cibos potuisse in alimentum destinavit Natura , blandi sunt , mites , nec eminenti quodam acrimoniam gradu pollent . Doceant fructus , cerealia , legumina , carnes , pisces , aqua &c. Luxus demum acria , aromatica , spirituosa , salina , amara , rodentia , &c. in culinas ac cellas convexit , gulæ irritamenta malis innumeras famosa .

297. Corpus præterea, qua ostiis porisque pater introitum alienis concedit, janitore sensu custoditu qui ab appulso acri irritatus motus ciet, quorum efficacia constrictis viis hostilis materies excludatur aut aliquo usque admissa rejiciatur, saltem diluta ac obtusa utcunque mitescat.

298. Quum tamen & personata acritas subde irrepat, quæ posita intus larva sese explicit; blanda quoque tum vi actionum vitalium, tum a rore multiplici, intra corpus degenerare queant imo materię saline, cui acre potissimum debetur etiam secundum naturam (136.) undique perfusimus; huic quoque inevitabili periculo remedium praesto est sollicita blandi & acri permixtio, hujusque paucioris per abundantem illius copiam facta vel suffocatio. Etenim, si quatuor species principia (27 276.), nusquam in humoribus micula datur salis quam non & terra obtundat, & phlogiston meliat, & plurima diluat aqua. Lenis insuper muc (278.) per omnia se diffundens, acri mitificans oblinendis solidis, aptissimus. Nec dispar est pinguedinis humoribus remixtæ utilitas. Idcirco etiam ad ingerendos cibos potusque fame ac siti compellimur. Crudum vero, quod in his est, itidem non nisi per subtilissima oscula, hinc minima sensi quantitate, in interiora corporis admittitur, ut plerimo mox humore inquilino obrutum, tectam, quæ forte pollet, acritatem exferere nequeat. Motus nique perpetuus, moderato calore adjutus, mixtum aequabilem curat conservatque, nec acre si blando seorsum esse finit.

299. His vero omnibus nondum satis tutum corpus sua etiam obtinuit emunctoria, per quæ, quæ ingressum domari nequit, aut quoquo modo in subnascitur, acre mature, priusquam noceat, minari possit.

300. An & Naturæ humanæ facultas ineft, molulas acres, detritis aut intropressis angulis, in hærulas tornando blanditiem creandi? Non fas constat speciosam ideam æqualiter in fluidam sodamque acrimoniam quadrare. Credibilius profeo, mixtione Chemica (298.) magis, quam Mechanica rotundatione, id opus perfici.

301. Ex his itaque perspicitur, primum morbo-acris fontem situm esse in multiplici commercio, mod homini viuo cum rebus externis intercedit (6.), er, cibus, potus, medicamenta, venena, miasma, contagia, multiuarium acre sic in humores acris, per diversa vias modosque, invehunt; maxime, si blando sub vehiculo clam irrepit, aut va-a corruptione, mixtione, secessione, intus evolvi-ur, aut, qua intrat, torpidior est vis vitalis (297.), perpetue majore superatur.

302. Nascitur & acre, cum sanum corpus neces-aria alimonia (298.) non reficitur, eoque citius, quo vigor vitalis major: neque enim dissipat modo blandiora, sed & materiem salinam evolvit acuitate; ut ideo pabulo demulcente egeat,

303. Huc porro referatur humorum circuitus na-rrata modum excedens, cui immoderatior calor se omitem jungit. Neuter diu tolerabilis, quin aqua volet, & mite oleum cum sale acrefacat.

304. Stagnatio itidem nascentem ex æquabili mixtione blanditiem (298.) tollit. Inde promptuaria crimoniae in partibus singularibus oriuntur, quæ oxas quaquaversum diffundunt.

305. Nihil tamen acrimoniæ ingenerandæ magis vet, quam anomalia illorum motuum, quibus co-iones, secretiones ac excretiones perficiuntur. Cru-itas hinc, multiformis per spontaneam corruptio-rem degeneratio, incongrua separandorum permisio, aut miscendorum separatio, retentio materiaæ excre-

305 ACRITATES M̄ORBOSÆ HUMORI  
excrementitiæ majorque exasperatio, utilium excretionis aut ob confusas fôrdes depravatio, & quæ his profluunt, innumera humorum vitia.

306. His fontibus ortum acre, motu ac calore tali incitatum, pruritus infert, dolores, spasmodic convulsiones, irritatis solidis motus humorum irregularis, constrictis canalibus immeabilitatem, effis ecchymoses, evacuationes nimias, pustulas, cera, cariem, atrophiam, multasque alias functionum perturbationes. Hæc quidem omni humorū acrimonie communia sunt. Habet autem & unquamque, ut natura discrepat ab aliis, suam si privam insuper efficaciam. Quin & origo singula non eadem est. Unde, præmissis generalibus, spaciati deinceps pertractari merentur.

307. Acor primis maxime viis infestus, tempore & sanguinem humoresque inde deductos subiens nascitur ex usu diurno acidorum aut acescentium quæ viribus corporis non subiguntur; aut quia se indomabilia sunt naturæ humanæ, aut ob virtutis coëtricis impotentiam. Debilitas igitur (157) solidorum universalis, aut privata viscerum primæ digestionis: irritabilitas (190.) regulares horum metus turbans; inertia defœtusve succorum præparatiuum; circulationis & caloris naturalis languor neglectus motus animalis, eo disponunt: ut pateat cui maxime ætati, sexui, vitæ generi, hoc ac frequentius eveniat.

308. Qui hoc vitio laborant, his, præter modum memorata (360.), acido aquam trahente, retinet, phlogiston supprimente, terram solvente, patet, friget corpus, laxantur solida, flexible (160. 3 fragile 161. 4.) in ossibus nascitur, vigor circulationis, virtutisque vitalis, minuitur: unde crassis humorum vitiata, ineptitudo ad æquabilem circuitum assimilationem, nutritionem, aliaque mala innumera

309. Acerbi hinc perspicitur natura , materies , nocendi vis . Nascitur enim ex acido in multam terram defixo , jungitque acrimoniam spissitudinem , ea humorum coagula , obstrunctiones refractariæ , sanguinorum constrictiones , &c. creantur (284. 285.).

310. Acre alcalescens , volatile , purum , in humores inducitur ab usu vegetabilium acrum , quæ hoc esse scatent ; tum & eorum , quæ nativo sani corporis sali admista alcali volatile ex eo evolvunt : jusmodi sunt sales lixivi , sapo , &c. Aromata quoque calidiora , multum quotidie ingesta , dum per tuuo stimulo exagitant , ignea vi sales nostros in acrimoniam genus acuunt . Forte & venena quæcumq[ue]m in hoc referenda , Actioni eorum fayet calor inferior .

311. Proprium huic acri est humores , dissoluto assamento , nimis attenuare ; ut incitato simul motu , irritatis solidis , erosio[n]is canalibus , vix coercendi ac illac effluant : unde quæ porro consequantur malum , pronum est eruere (288.).

312. Putredo , affinis quidem priori vitio (310.) , equaque tam confundenda , compositum notat acrimoniam genus , quo affecti humores simul & sanguinem habent volatilem alcalinum , & oleum huic persistum acre , fœtidum . Utriusque materiæ corruptionem demum putredinem constituit , & maxime quem posterior , quam simplex alcali volatile etiam intervertere potest .

313. Ex diversis ideo causis etiam nascens pro fundamento habet spontaneam corporis nostri in hoc locum proclivitatem (149.) , in qua tum fovenda , im ab excessu prohibenda , mirabilem perpetuo sortiam Natura ostendit . Materiem itaque huic corruptioni præbent ipsi humores sani ; vietus deinde animalis , sponte aut vi præparationis in putredinem coniutor : aquarum , aeris , putror corpore susceptus , nidu-

nidulantes in primis viis vermes; fomites ulcerosi, cariosi, canctosi, gangrænosi, &c. tabo in humor effuso inficienes. Excitant autem & accelerant tumor septicum calor ingens, calor subito succedit frigori glaciali, agitatio nimia, stagnatio, aer renovatus, cibi potusque vigente vita defectus, super pressa exrementorum ejectio, medicamenta, venae, miasmata, contagia, quæ, etsi per se nequam purrent, vi tamen fermentali aut stimulante, admista humoribus, solidis vivis applicata, occidens putredinem inducunt.

314. Nata hæc acrimoniam, vitæ infestissima, mores dissolvit, ad nutriendum ineptos reddit, pungue eliquat, rancore inficit, solida irritat, erodet, tabefacit; hinc febres acutas, inflammationes, ex themata, gangrænas, sphacelos, circulationis, cretionis, excretionis, omniumque functionum bas creat, sæpe nec natura, nec arte superandas.

315. Salis cibarii abusus, maxime cum potionibus parcius est, acrimoniam muriaticam per humores diffundit. Horum inde dissolutio, gravitas major, aquosæ mucosæque partis exasperatio, circulationis calorisque nativi augmentum, pruritus, ruitures, erosiones, putrida carnium tabitudo, aut major excessu, impacto in terram sale, durities inflexibili.

316. Par fete ratio est acrimoniæ ammoniacallæ salis nativi, aut huic adfinis, superponitur in nostris humoribus ponit, nascique potest, excretio salium legitima quoquo modo supprimitur aut exsuperans alcalescentis vel acidi salis copia (30 310. 312.) oppositi salis usu cicutatur.

317. Hæc quidem manifestiores sunt & frequiores, quibus humorum massa inficitur, actitatem. Multæ super sunt aliæ, quæ aut ad singulos tantum humores pertinent, suo deinceps loco exponenda aut commodius inter morborum causas recentientur.

Morbi

*Morbi humorum ex secessione particularum.*

318. Si porro cogites, requiri, ut inter diversas materias, ex quibus humores constant (274. ad 280.), liquis detur adhesionis gradus, qui mutuam mixtionem tueatur, caveatque divertium; novum sese fiet vitiorum communium (289.) genus, quod nisi facilem ponit aliarum ab aliis secessionem. Ex qua discrasia multorum morborum origo ac natura intelligitur.

319. Fac portionem aqueam cum crassamento (274.) ixius justo cohærere; mutua secessione nascetur humis inspissatio, inertia, & reliqua mala, ante (285.) censita. Tenuis contra pars, vasculis haud rite percenda, perspiratione, sudore, urinis, alvi exertione, salivatione, præter modum auctis e corore, non sine multiplici noxa, effluet (288.), aut in cavitates majores minoresve congesta, stagnans, arias hydropum species producet.

320. Prout autem crassamentum quoque diversi node a naturali sua crasi deflectit, vitiata aut proportione aut indole suatum partium (276.); ita ex secessione nascens concretio (319.) alia atque alia rit. Exsuperans mucus (278.) viscida, gummosa, ultacea, dabit spissamenta: abundans evolutumque hlogiston pinguia, sebacea, resinosa, amurcosa: opiosior denique terra, ob parcus oleum macilenter, infixo proprius sale acido stiptica, haud sat solubilis, cum de aquoso latice elabitur, calculos, taratos, osseas lapideasque partium indurations gererabit.

321. Difficile fuerit omnes explanare modos, quibus ista affectio in humores invehitur: credibile amen magnam partem deberi erroribus in diæta diu nultumque admissis, coctionum viriis, vehementius aut diuturnis circulationis ac motuum vitalium turbis

80 MORBI HUMORUM SINGUL.  
turbis, spasmis, excretionibus inordinatis, &c. Qu  
& retuleris forte hæreditatem.

*Morbi Humorum Singularium.*

322. PLURIMA sunt, quibus succi C. H. inter se discrepant, eaque præcipua; quum suis quemque muniis aptum reddant. Quocirca & multivarii, hoc genere occurunt a statu naturali deflexus, tamen ob frequentiam, quam ob perpetuum fere cum viis universalibus nexum, apprime notandi; ut id ordine pertractari mereantur.

*Chyli vitia.*

323. CHYLOS primarum viarum pro materie habet succum ex cibo potuque ingestis prolectum, quoribus inquilinis, qui in hanc officinam confluunt permistum, aere, calore, virtute organorum primi digestionis mutatum. Naturam ergo eorum, quibus constat, & virium, quibus mutatur, gradus sequitur, duplice hoc ex fonte vitiosas non minus, quam laudabiles, trahit qualitates.

324. Quum vero nutritioni destinatus per universum corpus distribui debeat, vitiatus non primis tantum viis nocet, sed labem quoque suam in omni humores diffundit; ut merito plerarumque cacockiarum origo inde reperatur.

325. Acrimonia acida, suis ex causis nata (307.) in chylo frequens, ventriculo ac intestinis irritans producit ructus acidos, cardialgiam, voracitatem flatus, tortina, spasmus, pyrosis: bilem præcipue enervat, virore inficit & acore, qui hinc ad foecum etiam alvinas dëducitur; acri denique in systema circulationis delato oriuntur mala (308.) enumerat.

326. Chylos austerus generatur ex ingestis similibus, immaturis, acerbis, vinis austeriis, abuso astringentium, sorbentium, adstringentium; maxime sicubi copio-

liquore non diluuntur, inque debili corpore nec i saponacea bilis, nec valido motu animali, teuantur. Producit dolores in primis viis stringentes, algentes, anxietatem: introitum in lactea simet impedit, hinc restagnans, cum fece mistus mmeabili, suo privat nutrimento corpus, aut inro admissus glandulas mesenterii obstruit, vitioque in reliquos etiam humores diducto noxas (285. 310.) infert.

327. Putridi, nidorosi, in hoc succo multiplex rigo (312. 313.). Id semel suscepsum ubi menstrua primæ digestionis, præsertim bilem, infecit, tubue alimentaris parietes sua mephiti imbuit, vi sepi ca dein in ingesta grassatur, lateque per corpus se spargit. Inde ructus nidorosi, fordes oris, anguæ, faucium, putridæ, sitis, prostratus appetitus, nausea, vomitus, anxietas, calor molestus, diarrhoea putrida, aphthæ, raptoque in interiora putreæ mala supra (314.) memorata.

328. Acre oleosum, rancidum, ambustum, innatur chylo ex ingestis pinguis, rancidis, tostis, tixis, per menstrua primæ digestionis non sat subatis calore nimio interno adustis. Facit autem carialgiam urentem, ructus ac vomitiones materiæ maræ, pinguis, rancidæ, acris, igneæ, horrorem iborum, sitim summam, siccitatem, calorem anium, feces alvi pingues, fervidas, fœtentes, uriam flammeam, acrem, calidam, spumosam, feres ardentes, erysipelas, inflammations acres, vix esolvendas, hisque longe pejora symptomata, siubi & pinguedinem corporis simili tandem vitio nbuerit.

329. Chylum nimis glutinosum creant farinacea ruda, pultacea, frigida, tenacia, gelatinosa, pinua, diu multumque ingesta, defectu aut inertia liuorum digerentium, imminutis viribus coëtricibus,

languore circulationis, omisso motu animali, nō rite subacta (283. 284.). Ex quo vitio prostratus & petitus, repletionis sensus, nausea, vomitus glutinis; salivæ, bilis, ceterorumque hujus officinæ mē struorum inviscatio, ventriculi ac intestinorum lassitas, inertia, secretio & absorptio chyli impedita alvus tarda & sine dolore tumens; acida, putrida rancida ex restagnatione corruptio, mesenterii obstructio, muci in omnibus humoribus abundans (283.), &, qui hinc profluunt, effectus (285.) mē scuntur.

330. Chylus porro in sanguinem delatus, uberum muliebrium fabrica in lac mutabilis, huic ideo milis, triplici quoque constare videtur materie, uno, tremore, caseo, æquabiliter inter se mixtis, proportionatis, cohærentibus. In sero aqua, in crema phlogiston, in caseo salino-terreum dominatur. Si gulis suus est ad nutritionem usus. Credibile igit posse & proportionis vitia in his nasci, quæ requiras chyli dotes pervertant, & cohæsionis mutu gradum augeri nimis minuive, ut tardius aut cius, quam par est, a se mutuo secedant. Appcentur huc supra exposita (274. ad 280. 282. & sen 318. ad 321.).

331. An pingue in chylo abundans, laxiusve cum ceteris hujus particulis cohærens, causa nimiæ obfitatis? Pinguedinem certe corpori ex oleo chyli venire in mollem cellulosam deposito, multa docent. Cremorem quoque simplice potius mixtione, quæ vera solutione, cum lacte cohærere, spontanea ejus per moram secessio indicat. Alimenta igitur pingua large ingesta si chylum copiosa obruunt appetit, quam nec vis humorum, bilis maxime, sapientacea, nec vegetu circuitus, auctiorve calor & mētus animalis, rite subigant, eadem facile secedent farciri corpus necesse est.

*Sanguinis affectiones.*

332. SANGUINI par alius liquor extra corpus animale, aut natura, aut arte, productus non inventur. Est ergo solius vitae animalis effectus eo singularior, quod exsanguia etiam alimenta pro matre habeat.

333. Constat quidem, ut ceteri nostri humores, rite tenui & crassa (274.), similiaque etiam principia examine Chemicō prodit (275. 276.) ; quin & immunis eorum veluti mater est : at multum tamen discrepat a singulis. Unde operae pretium fūe, quæ sibi priva habet, prout absque violento perimentorum apparatu se manifestant, prius pronere ; ut discrasiae ejus deinceps clarius intellintur.

334. Sanguis, ex sani hominis vase sincerus fluens, lens, pelvi exceptus, crassicuscum refert liquor, homogenei ruboris, opacum, ad tactum pinitem, glutinosum.

335. Halitus tum sponte assurgit foetidulo odore recipiendus, qui campana frigida exceptus, densus, in laticem abit excolorem, non nisi odore aqua pura distinguendum. Hæc pars sanguinis latilior, mole pauca, est, quam sui generis spiritum dixeris.

336. Frigescens interea, qui restagnat, sanguis, a aeri contiguus est, totus in spissamentum coarctatum tremulum, æqualiter rubrum, sevo simile igne uato, quod frigore iterum consistit : ut pateat motu ac calore vivi corporis fluorem ejus æquabili conservari.

337. Dein ex superficie ac ambitu coaguli unde aque tenuis exsudat humor, qui paullatim adutis guttis auctior seorsim circum placentam rumin diffuit, hancque pro rata jam contractiorem.

a contactu pelvis undique semotam, in modum sulæ, natare facit. Hic alter secessus in serum & crassamentum, materias diversissimas.

338. Serum sponte fluens, quantavis aquæ copiæ facile, æquabiliter, diluendum, diaphanum, subvescens, saporis leviter salsi, mucosa materie (27) valde diluta viscidulum, igne 150 graduum thermometri Fahrenheitiani, instar albuminis ovi, cui absque multa dissipatione, concrescit in massam bidam, scissilem, quæ porro calore modico fota duas partes secedit; alteram volatilem, fluidam excolorem, aquæ simillimam, copiosissimam; aliam fixam, solidam, corneam, cum tenacitate silem, ex cinereo subflavam, nunquam ex sinco sero rubram aut rubroatram, mole exiguum, ac insolubilem. Hæc tertia separatio, quæ aquam gluten sale imbutum, naturamque albuminis, hoc sero prodit.

339. Crassamentum rubrum, etsi homogeneum videtur, facili tamen opera in diversa abit. Quasi enim super linteo expansum adfusa iterum iterumque aqua non calente abluitur, rubor tandem unus per aquam se diffundit, cumque hac per post linteum transit, relicta immeabili massa, ruboris perte, fibrosa, membranacea. Hæc quarta secesse in partem rubram & fibrosam.

340. Fibra sanguinis, iterata ablutione albescens ex filamentis velut in membranas contexta, a non solubilis, sero igne coacto (338.) haud amilem refert materiem. Hæc crassamenti basis portione rubra longe diversa: diversa etiam aro; quum sponte solidescat sanguine frigente, gnante, ab sero semet segreget, rubrisque partibus amicior has trahat sibi que adunet. An igitur est etiam in sanguine vitali? An nascitur dem in effuso? Inest certe materies fibræ, sed coire pedita

dita, dum motu vitali calet sanguis. Nec abesse nstat, quia microscopio non detegitur.

341. Rubra pars, per aquam diffusa (339.), pueretiam aqua in infinitum fere diluta, dilutius quam rubet, nunquam tamen flavescit: uti nec recent sanguinis guttula, millecuplo aquæ tepidæ pertenta, in flavedinem diducitur, sed rubella manet. Ergo rubor ejus flavedini addensata tribuendus? credibile.

342. Eadem, aquæ intermixta, cum hac per polintei trajecta (339.), quamprimum igne acta lilit, secessum molitur, inque floccos pallide ruites coacta, colo separata, aquam rubore carenit reddit. Quippe serum ex parte, una cum ruit sanguinis portione, vi aquæ, ablutum, calore albidos floccos coagulatum, dum deserit aquam, um trahit inviscatam simul rubedinem, alboque rubro permixtis puliculam pallidiorem nasci oportet. Non igitur recte dixeris, rubrum aqua vere utum fuisse. Imo fugit aquam, nec, nisi interitu seri, per eam diffusum manet, hoc vi coacti secedente & ipsum secedit.

343. Puls rubella (342.), seni calore siccata, manum dat attrorubram, friabilem, igne majore liquefientem, ardenter, quæ Chemico apparatu explosa magnam vim olei, ac tantillum terræ ferrugineæ, promit. Naturam igitur resinæ habet.

344. Unde liquet, dari in sanguine, præter spiritum (335.), triplicem materiem contrectabilem, sanguinem, rubrum & fibram. In sero aqua prævalet; rubro phlogiston; in fibra terra. Priori fluidi debetur; alteri rubor; posteriori crassities. Adeo enim inter se se disperant, ut motu vitali quidem uabiliter permixta conserventur, intime tamen nescire ac Chemice soluta esse dici non possit.

345. Nonne igitur magna est sanguinis cum lacte

similitudo? Major certe, quam cum alio quovis  
stro humore. Compara cum sero lactis serum si-  
guinis, cum cremore rubrum, cum caseo fibra-  
Multa invenies utrinque communia, sive materi-  
speces, sive cohesionem & secessum (330. 331)  
Ut forte non inepte lac sanguinem album, sang-  
nem lac rubrum appellaveris. Disparitatem,  
lac inter & sanguinem obtinet, utcunque explic-  
vires circulationis, pressionis in canalibus, calor  
aeris, conjunctæ, quibus sal acescens in alcales-  
tem, fermentabile in putreabile, mutatur, phle-  
ston magis evolvitur, terra densatur.

346. Rubra hinc materies, quæ in sanguine pr-  
cipua habetur, non est nisi oleum ejus nativu-  
tenuissime divisum, intertritum reliquis particuli-  
nec tamen vi saponacea ita solutum, ut non ex-  
aqueo liquore divortium faciat, quam primum  
mittens calor & motus miscere desierunt.

347. Ita tandem constat, quid de natura & co-  
globulorum, quos microscopium in massa sanguini  
detegit, sentiendum sit. Rubræ hi portioni pro-  
non sane sunt, nisi oleum, quod cum aquoso li-  
ce permixtum subactumque, pro mutuo inter  
materias dissidio sese in sphærulas colligit, in-  
fluente inimica aqua separatas &, ne confluere queat  
impeditas. Inde in lacte etiam visuntur, & qui-  
cunque oleo cum aqua agitato produci facile  
sunt: nec torno Mechanico opus est, ut rotundi-  
tur. Hinc & attentus videoas molles esse, compri-  
files, figuram, cum in vasculis premuntur, muta-  
cum a pressione liberantur, in globularem resiliunt.

348. Nec obstat, quæ pradicatur, æqualis sin-  
lorum globulorum moles eademque diameter.  
mitatae circulationis vires in infinitum usque dis-  
pere nequeunt particulas olei certa vi inter se  
hærentes. Dabitur ergo meta, ultra quam prog-  
di

nefas. Cur autem rei, quæ ipsa parum firmo  
lo nititur, rationem anxie queramus?

349. Divisibles porro esse in minores globulos,  
osque separatos dilutius rubere, vix dubium est.  
et senarium esse numerum globulorum minorum,  
et quibus componuntur, in quos sedent, incer-  
m. Nihil aut minus credibile, quam ista secessio-  
ne rubrum in serum mutari, hujusve senos globu-  
s inter se compactos globulum rubrum efficere.  
epugnant experimenta (338. 341.) & diversissima  
triusque materiæ natura (343. ad 347.)

350. Nec licet ex pondere specifico materiæ ru-  
x maiore, quam seri, aliquid pro hoc asserto  
(349.) concludere. Precario enim illud assumitur;  
uum pars crassamenti rubra nunquam sincera ob-  
neri queat (342.).

351. Integrum ergo fuerit Physiologis, pro lubi-  
t, id genus speculationibus indulgere: at Patholo-  
s nihil inde bonæ frugis.

352. Ex data sanguinis analysi intelligere est,  
ibusnam vitiis obnoxius esse possit, five partes  
us singulæ seorsim spectentur, five ut una junctæ  
diversam massam constituunt.

353. Vero simile est dari certam aliquam trium  
sanguinis partium (344.) proportionem mutuam,  
æ sanitati perfectæ maxime conveniat. Nec cre-  
endum tamen adeo hanc esse necessariam, ut qui-  
unque ab ea recessus impune ferri requeant. Quo-  
diana potius vel in sanissimis quoque videtur in-  
oxie fieri posse mutatio. Quin & temperamento-  
um, sexuum, ætatum, &c. diversitas non eandem  
omni homine ponit aut postulat. Vitium itaque  
enum fuerit, si major est recessus idemque a sin-  
ulari sui hominis constitutione multum alienus.

354. Enormis seri abundantia aquam in sanguine  
uget: unde aquosa tenuitas (287.), morbique ex  
olluvie serosa oriundi.

355. Exsuperans fibra densitatem inducere debet tenacitatem, immeabilitatem, lendum circuitum obstrukiones &c. Vid. (284. 285.).

356. Rubræ portionis excessus, cum phlogist in sanguine abundans notet, quavis occasione nova caloris augmenta, immodicas expansiones, flammationes &c. creat.

357. Hi excessus tam moderati, ut sanitatis nia non turbent, utcunque explicant diversam sanguinis crasin, quæ in diversis temperamentis currit. Prior enim (354.) Phlegmatico, alter (33) Melancholico, tertius (357.) Cholerico proprius est Sanguineo nullus.

358. Majoris momenti vitia sunt, quæ ad singularium sanguinis partium qualitates pertinent: quam negari nequit, plura fortes nos latere; quæ Physiologia humorum multis etiamnum defectil laboret.

359. In sero quidem excedere aqua potest, ut sto minus tardiusque igne concrescat (338.): quæ vitium simile prioribus (287. 354.) iisdem quo causis nascitur, eosdemque hinc effectus producit.

360. Est & ubi muci intertis copia in eodem cscit: quo fit, ut reliqui humores inde secreti inventur tenacitate ante exposita (283.)

361. Vim concrescendi quoque augeri in hoc tice frequens est, & eo quidem gradu, ut stagna ac frigescens, cito, more fibræ (340.), coeat, que hanc veluti mutatus dici possit. Hæc diathæ inflammatoria, quam paulo post inter morbos fibi sanguinis exponemus.

362. Salinæ materiæ sive propriæ, sive alieni superpondio serum præcipue inficitur: [pollet em & amica salibus aqua, & inviscante muco, cum que iis, quæ a foris in massam humorum subhuntur, proximum alit commercium. Pleraque iacriæ

cria hic sedem figunt, hocque quasi vehiculo per corporis partes sese diffundunt (307 ad 317.).

363. Purpura sanguinis (341.) justo pallidior, roturæ carnium similis, ex defectu nascitur materiæ subræ, compactione hujus minore, phlogisto non sat exaltato, per mucum, acidum, aliave peregrina immixta suppresso. Unde comitari solet vitia (283. 287. 307.), easdemque causas agnoscit, nec dispares effectus producit. Quandoque & corruptio-  
bi debetur.

364. Rubor floridior inducitur motu, attritu, attenuatione, permixtione cum sero, nimiis. Hinc circulationem auctam, calorem intensorem, salinæ materiæ (310. 315. 316.) abundantiam, sequitur. Est autem fere dissolutior hic sanguis, frigore tardius aut vix concrescens, phlogisto nimis evoluto facile exardescens, ad elapsum e vasculis, errores loci, phlogosces, proclivis.

365. Nigrescens color oritur, si terra exsuperat, aut infixo acido stiptica est, aut ubi crasin sanguinis corrumpunt aliena intermixta ex vitiato chylo, retentis excrementis, miasmate, contagio, veneno, tabo putrido, rancido, ulceroso, gangrenoso, cancroso, &c. intromissis. Varium hinc acre comes est, & major alias spissitudo, alias dissolutio: quæ diversitas proinde & multiplex malorum genus post se trahit.

366. Fibra sanguinis (340.) nisu ad concrescendum minore peccat, quo fit, ut tardius aut vix a sero secedat, nullamque aut laxiorem justo formet insulam quæ nec rubros globulos rite coactos sibi que adunatos habeat. Fibrosæ materiæ paucitas, compactio minor, aquosa aut mucosa inundatio (283. 287.), attenuatio nimia per motum, calorem, sales solventes, aliosve stimulos aut fermenta (365.) corruptientia, consumtio ob defectum necessariæ per ali-

alimenta reparationis, &c. id vitium producunt. Sa-  
guis hinc dissolutior noxas infert (287. 288.).

367. Contrarium fibræ vitium, nimia cohærentia  
aut ponit simpliciter auctam hujus ad serum præ-  
portionem (355.), tota hinc massa sanguinis qua-  
doque in grumum coeunte: aut vim concresceret  
intensiorem, qua & celerior fit per quietem ac flos-  
gus concretio, eademque longe tenacior; ita ut ca-  
rium densum, non rubrum, sed albidum, flavescentem  
quandoque virescens, livescens, varia crassitie,  
toto innascatur summitati insulae, hæcque etiam lo-  
ge compactor, ora ob corii contractionem retorta  
sæpe in scutellam excavetur, circumfluente sero ci-  
pioniore. Hæc crux phlogistica, diathesis inflam-  
matoria, corium pleuriticum audit. Quum vero  
fibræ abluta (340.), & sero igne concreto (338.)  
simillima sit materies, credibile est nasci, cum fi-  
bra in systemate circulationis nimium densatur, si  
rique portio major totusve latex, continuata der-  
satione, in fibram convertitur sponte, statim con-  
crescentem (361.): ut adeo ad eam constituenda  
nec pinguedine, nec muco arteriarum, succis mu-  
tum divesis, opus esse videatur, nec sola etiam  
quæ dissipatio semper sufficere. Docet certe obser-  
vatio, iisdem potentias, quæ sanam sanguini fibras  
ingenerant, quoquo modo intensioribus id vitium  
induci. Auctior hinc circulatio, motus febriles,  
astus, vasorum angustia, compressio, exercitia cor-  
poris nimia, terreorum, adstringentium, calefacien-  
tium, spirituorum, abusus quotidianæ hujus den-  
situdinis causæ fiunt. Mala autem, quæ inde oriun-  
tur, plurima ex dictis (285. 355.) patent; si ad-  
dideris, refractarium hoc gluten, aquosis insolubi-  
le, comite plerumque febre circumactum, calor  
etiam magis compingi, aut non nisi corruptum de-  
nique resolvi (366.), hinc Naturæ viribus plane in-  
domabile redi.

368. His vero (353. ad 368.) rite intellectis, haud  
ifficile est rationem invenire reliquarum affectionum,  
uibus massæ circulantis qualitates pervertuntur,  
uousve revera obtinent ac fructuose indagari pos-  
int; densitatis puta, gravitatis, elasticitatis, di-  
sibilitatis, &c. ultra modum auctæ aut imminu-  
e. Et multæ forsan aliæ hic dantur aberrationes,  
uas tamen cum conjectura modo assequamur, non  
et, cur nos morentur.

*Succorum Secretorum Vitia.*

369. Ex uno sanguine per universum corpus di-  
tributo multos in diversis partibus succos artificio  
mirabili secedere, singulosque, ut natura & in-  
se & a sanguine differunt, ita diversis quoque  
economiaæ humanæ usibus destinatos esse, Physio-  
gia demonstrat; etiamsi modum, quo sua cuique  
basis peculiaris constituantur, haud plene assequitur.

370. Igitur & communia quidem ex communi-  
tate, unde diminant, vitia trahent, quæ tamen  
eo discrepante cujusvis indole aliquid singulare ha-  
bent, aliaque & alia mala inferant: & privata  
quoque jam secretis evenire poterunt, quæ non ad-  
odum in aliis occurrant. Merentur adeo specia-  
m expendi.

371. Humores aqueo-salini, quo lympham igne-  
on concrecentem, atque hinc secreta menstrua pri-  
æ digestionis, tum excrementa aquosa, &c. refe-  
runt, præter tenuitatem (287.), spissitudinem muco-  
m (283.), & varias acritates (307. ad 317.), hoc  
singulare præ ceteris habent, ut nimis facile terreas  
oleculas, interventu salis per aquam solutas, se-  
dere sinant, hisque data opportunitate adunatis  
lculosæ concrementa, multimodis nociva, depo-  
nt (320.).

372. His similis quidem, sed plure oleo in verum  
sapo-

saponem redacta Bilis, eidem vitio (371.) obnoxia est. Sed & inertiam patitur amurcosam, mucosam aqueam, magno actionum naturalium detimento. Præsertim vero alienis salibus imbuta, aut stagnatione, æstu, motu vehementer aut inordinato, corrupta, diversas contrahit acrimoniæ species gradusque, & his consentaneas colorum mutationes, flavidine nativa in vitellinum, porraceum, æruginosum, isatoden, atrum denique colorem abeunte. Unde totidem vitiatae Bilis species, una cum suis effectibus a Veteribus sedulo notatae, enascuntur.

373. Succus mucosus (278.), ingente copia, ne minore commodo, per partes corporis diffusus, præter communia consistentiæ vitia (282. 286.), & naturali suo lentore, & stagnatione, acrimoniis maxime patet, quæ ejus glutine inviscatae difficillimi extergentur. Unde, quas Veteres memorant, putita salsa acida, vitrea præ aluminosa acerbitat dira tormina cum sensu frigoris in transitu per intestina inferens, quin & gypsea plure terra onust (320.), intelliguntur. Nec infrequens est, viru contagiosum in muco nidulari, taboque sic multiplicato solidis infestum, late serpere.

374. De succis pinguibus idem dicendum; ut quæ natura quoque lenti, inque laxa cellulosæ tela restagnantes, nec aquoso humore solubiles, quæ semel suscepere, heterogena, acria, virulenta, tenaciter sibi illigant, menstruorum & circulationis viribus subducunt, fovent, & suppeditato velut pabulo augent ægerrime extricanda.

375. Propria pinguedini corruptio, rancor, hic maxime notabilis: quum semel susceptus vix emendari queat, ac virtute quasi fermentali sese propagans, pessima acrimonia, quæcunque tangit, rodenturesque, vel ipsis etiam ossibus cariem inferat. Irgesta (328.), humorum putredo (312.), intensio  
cir-

rculatio & calor, stagnatio, contagia & venenaptica, hoc malum inducunt.

376. Nascuntur in pingui quoque consistentiae vi-. Etenim secundum naturam non mero oleo , d aliqua etiam parte muci (373.) constat. Hujus itur si proportio suis ex causis (283.) ultra monum augetur, liquidior justo adeps cellulosam tuore inerte, non elastico, distendit, eademque aiae magis amica hanc ex humoribus præterfluentius attrahit, retinet, sic leucophlegmatiam, hydroem *αρασαρη*, oedema, &c. producit. Abit & cona in sevum æquo durius, cum exsuperante terra, acve acore austero stiptica (284. 310. 326.), incitur. Unde panniculi adiposi indurations, steamatæ, tubercula, mole, forma, duritie, degeneratione, multum diversa.

377. Ex his utcunque intelligi possunt morbosæ fectiones succorum, qui ex muci ac pinguedinis onfluxione nati similitudinem gummi-resinæ vegetalis præ se ferunt. Reducuntur quippe ad spissum, nue, acre denique varium.

378. Inter succos nutritioni destinatos Lac sua quoque peculiaria vitia habet, quæ cum Chylo possimum debeantur, ex dictis (323. ad 331.) sponte patent.

379. Gelatina firmas partes nutriens, ex crassamento seri (338.) & fibra sanguinis (340.) nascens, ut abundante aqua nimis diluitur (287.), aut oblitur inertis muci copia (283. 329.), aut varia incitur acrimonia. Unde replendo magis infirmat, iam roborat, aut rodendo etiam destruit. Salino-erreum hic abundans, secessione nimis facilis (320.), crustationes partium atque indurations calculosas, teas, producit.

380. Liquor genitalis, sine moleculis animatis, virtute perquam singularis, an, præter communes

nes affectiones, privam sibi contrahit acrimoniam  
qua salacitatem inducat? An intertiam, sterilitat:  
matrem? An suo modo degenerans monstra parit?  
In re obscura nihil pronunciandum, donec plenius  
lux ex Physiologia affulserit.

381. Eadem circumspectio præterire etiam jubet  
quæcunque de vitiis fluidi vitalis (187.) proferri scien-  
tent; quum conjecturis tantum nixa, nec solidam  
Pathologo scientiam pariant, nec certum in pra-  
sum præstent.

382. Et hæ quidem ex plurimis paucæ sunt si-  
gularium humorum affectiones morbosæ, quas ursorum  
que cognoscere datur. Credibile est innumeras su-  
peresse nunquam plene detegendas; maxime si qui  
in singulo quovis homine, pro *ἰδιοσυγκρασίᾳ* diversi-  
tate, quilibet humor propria sibi, in simili humo-  
re alias hominis non adeo reperiunda, etiam in sta-  
tu fano, habere possit, spectaveris, certus, non  
omnem corporum humanorum discrepantiam Medi-  
cam sola partium firmarum pro suis dotibus diffi-  
militudine absolvı, sed fluida quoque suam una sym-  
bolam conferre. Quum tamen haud aliter nobis in-  
notescant, nisi singularium quorumdam effectuum ap-  
paritione, quorum veras causas in tanta possibilius  
multitudine assignare non licet; tacere satius fuerit:  
quam, quæ scientia comprehendi nequeunt, conje-  
cturis prosequi.

### *Morbi humorum relativi.*

383. PRÆCIPUUM œconomiae humanæ fundamen-  
tum in mutua solidi fluidique actione, suis limita-  
ta legibus, positum esse Physiologia demonstrat. Da-  
tur ergo in sanitate harmonica quædam inter du-  
agentia proportio, qua, ne alterum alteri enormi-  
ter prævaleat, caveatur. Docet etiam ipsa humorum  
multiplex diversitas & non promiscua singulorum

stributio, non quemvis cui vis aut parti, aut usui, propriatum esse. Itaque, tametsi crasis vitio carent, peccare tamen & copia, & loco, & motu possunt, ut perturbatis inde solidorum muniis nctionum integritas lœdatur (266.). Quum vero orborum, qui ex fonte oriuntur, idea necessariam solida relationem includat (268.), haud immer relativi dicuntur.

*Quantitas humorum vitiata.*

384. PROPORTIO laudabilis fluidorum ad partes mas non tam exacte ad pondus determinata est, quivis excessus aut defectus morbum inferat. Laudo sanitatis, quæ ætates, sexus, temperamenta, imprehendit, his consentaneas quoque utriusque ateriæ proportiones, et si multum discrepantes, induit. Nec aliter suam poterat adversus perpetuas ambientium vicissitudines (6.) tueri constantiam satas. Maximum igitur & minimum, quod hic imme fertur, difficulter discernas. Hoc minus, illo plus, illatis noxis se prodit.

385. Quodsi universa humorum massa, qualitatis ratio cæterum carens, compare ad firmas partes, tra modum exsuperat, ut turgens oneri sit turtque functiones, hæc πολυχυμία dici potest: utintra nimia imminutio ἐλιγοχυμία. Utriusque ideam t status infantiae ac senii naturalis. Unde etiam defectus intelliguntur. Originem autem declarat aliena ingestorum & egestorum ratio.

386. Intemperies humida, potius ad eacochymias ferenda (287. 354. 359.), ponit aquosí laticis cum fluida ac solida inundantem, hinc immodicam uæ in sero, hujusque ad crassamentum sanguinis, eportionem. Causæ adeo effectusque ejus ex localitatis facile intelliguntur. Quin & oppositi vi, intemperiei siccæ, idea hinc clarescit.

387. Notari præcipue hoc loco meretur Plethora , plenitudo , multitudo , quæ dicitur boni sanguinis ea abundantia , quam systema circulationis alicuius periculo sanitatis ferre nequeat . Dari id genus superpondii ut omni tempore docuit observatio ita ex rite intellecto humorum circuitu manifestequitur . Nec certe audiendi , qui rem tanti momenti culneis argumentis explodere vani aggrediuntur . Quum vero vitium proportionis sit , hæcque diversimode spectari queat , diversas quoque in specie partiri licet .

388. Habetur hinc primo Plethora ad molem quæ & vera dicitur & absoluta , ponitque mole sanguinis reapse ita exuberantem , ut partibus continentibus præ nimia distensione incommodet . Hæc proprie *πολυαιμία* , veterum Plethora ad vasa . Cum in temperamenra incidit mollieris habitus , hic sanguine undequaque perfusus intense rubet ac turget in strictioribus contra corporibus vasa majora magis distenduntur , venæque præ arteriis laxiores tra modum tumescunt . Unde recentiorum Pethor ad habitum & ad vasa vel venas intelligitur . Ea inducit vigor sanitatis sub vita genere lautiore , otioso , securo , quo robusta viscera plus generant eti sanguinisque laudabilis , quam nutritio ac exercitaciones necessariae sibi postulant .

389. Huic affinis altera Plethora ad spatium cenda , quia ex imminuta systematis circulatorii capacitate oritur , quantitate sanguinis haud pariter imminuta . Nimirum nec mole , nec volumine , etius sanguis modum tamen excedit , si , quo conserni debet , spatium contrahitur . Respectivam id vocant , ut cuius origo tota debeat firmis partibus aut nimium constrictis (195. 209. 5.) in terrore , accessu febrili , frigore magno , subito , &c. aut his sis rigiditate (164.) , exsiccatione , coalitu (209. 6..

non

n cedentibus, imperviis; aut denique mutilatis.  
 390. Est & Plenitudo ad volumen, apparet quod  
 & spuria dicta, quæ aucto rarefacti sanguinis  
 lumine molem veluti auctam mentitur; quanquam  
 jus nulla est exsuperantia. Quum enim capacitas  
 ialium haud eodem gradu una dilatetur; expan-  
 humor, quo ante modice repleti fuerant, ma-  
 spatiū affectando haud aliter, quam vera Ple-  
 ora (388.), turgeficit. Ingens calor ab aere,  
 o, balneo, cibis, potibus, medicamentis, vene-  
 , febribus ardentibus, inflammatoriis, exercita-  
 ne, animi pathemate, frictione; &c. in corpore  
 icitatus, magna & subita pressionis atmosphæræ  
 minutio, motus intestini humorum ob aliena in-  
 mista singulares, &c. huic vitio ansam dare so-  
 t. Certius autem nascitur, sicubi & irritabilitas  
 90.) accesserit, aut seminium dederit sanguinis  
 crasia ad rarescendum pronior (356. 364.), aut  
 uatæ pinguedinis, quam calor valde expandit,  
 pia in massam circulantem recepta.

391. Constat hinc potest, quid de Plethora ad  
 es, veteribus memorata, sentiendum? Male hanc  
 ptericorum nonnulli, ut fictam, explodunt; cum  
 ipse, & multiplici quidem specie notabilis, oc-  
 rat. Dicatur ergo ea sanguinis abundantia, cui  
 endæ regundæque vires Naturæ non sufficiant,  
 sic onere gravatæ opprimantur. Plenitudo quævis  
 38. 389. 390.) ad summum progressa, nec matu-  
 levata, etiam in robustis, sarcina demum fit vi-  
 us major, quæ spontaneam lassitudinem, ad mo-  
 torporem, sensumque gravitatis inducat. In de-  
 ibus (159.) exiguum quoque sanguinis superpon-  
 im, valentiori facile tolerandum, superatis cana-  
 m viribus incommodat, & congestione, opple-  
 ne, eruptione, gravat (203.204.). Naturis irri-  
 bilibus (190.) levis humorum excessus pro stimu-

lo est, cuius dum sentiunt molestiam, in m  
inordinatos ruunt, ut amoliantur, & semet ip  
productis in cassum viribus, fatigant. Consuet  
denique mittendi sanguinis, naturalis, artificia  
uti reparandæ jacturæ studium indit, ita repa  
creat intolerantiam, cui moles, aliter haud gr  
tura, oneri est. An igitur Plethora ad vires  
datur?

392. Manifestum quoque est, posse plures P  
tudinis species (388. 391.) una complicari, hi  
insuper adjungi vitiatas humorum qualitates. U  
nonnullorum Euchyma & Cacochyma Plethora  
telligitur. Commotam vero vocant, quæ tur  
noxas infert, gravioresque minatur:

393. Inopia boni sanguinis, quæ merum defect  
non item discrasiam, ponit, vix nisi subita, e  
mi, evacuatione nascitur, nec durare diu pot  
quin vitium qualitatis ex prostrato functionum  
gore accedat. Hoc & illi jungitur, quam in  
creat. Tardiores humorum jacturæ, etiam præg  
des, ne ~~never~~ ~~yeas~~ inducant, accommodata par  
contractione (209. 5.) Natura cavet. Morbo  
rato exhaustis apposita nutritio cito succurrit;  
qui in cachymiam inclinant.

394. Obesitas hujus etiam loci est, nec ta  
cum Plethora, quam saepe comitatur aut sequi  
confundenda. Notat enim sanæ pinguedinis, par  
interfusæ, excessum, qui functionibus obstat.  
tas quidem proportiones multum diversas hujus  
ei absque notabili impedimento fert: at sarcim  
men graviore, subito aucta, haud minus, quam  
to sanguine, opprimitur. Iisdem vero causis  
nascitur, quibus Plethora (388.), huicque aut si  
venit aut substituitur, cum ex pleniore vietu  
tum quotidie laudabilis chyli in vasa defertur  
vegeta circulatione nec dissipari, nec in sangu

nverti, nec nutritioni impendi omnis possit, hinc  
im tremorem per interstitia partium in laxam cel-  
osam deponat. Unde mollior corporis habitus,  
as infantilis & media, sexus sequior, eo incli-  
t. Materiem subministrat chylus blandus, multo  
undans pingui, eodemque facile secedente (331.).  
uescit hinc, cur partes singulares s̄aþe præ aliis  
c multitudine gr̄aventur.

395. Defectus adipis, macies, vix eo gradu na-  
tur, ut morbosa dici possit, quin aliæ una sub-  
t affectiones, unde ut symptomata pender, aut  
arum consortio deignum nociva redditur. Acrimo-  
n certe ut s̄epissime ipsa emaciatur, ita comitem se  
ile jungit, sive inopia chyli blandi, oleosi, sive  
modica evacuatio, aut quovis modo facta dissipat  
, pinguedinem consumat.

396. Reliquorum succorum excedens deficiensve  
pia vel ad cacochymias (354. ad 368.) pertinet;  
l inter causas morborum aut symptomata aptio-  
n locum invenit.

### *Fluida loco aberrantia:*

397. QUANQUAM humorum non adeo stabilis est  
corpo humano, ut partium firmarum, situs,  
c certa semper, qua morantur, sedes; habent ta-  
en & suos sibi a Natura constitutos canales, lo-  
bos, receptacula, cava, quibus, tanquam cancel-  
, contineantur, vehantur, nec egredi sine noxa  
ssint. Id quidem in succis singularibus, iisque,  
i in certis partibus collecti restagnant, manife-  
sum. At vero nec illi quoque excipiuntur,  
magis universales, non interrupto motu circu-  
acti, toto corpore oberrant: neque enim perinde  
ad sanitatem, quo genere vasorum aut cavita-  
n sanguis, serum, lympha, &c. ferantur.

398. Ex hac igitur contentorum ad continentia

100 FLUIDA LOCO ABERRANTIA.  
relatione classis exsurgit morborum valde notabilius  
qui, quod humores non suo, sed alieno loco si  
œconomiam turbant, nec ideo male errores loci  
pellantur, variasque in species dividi possunt, q  
rum præcipuas nunc exponemus.

399. Error fluentium mihi dicitur, cum suc  
corporis inquiline, e suis in aliena vasa delatu  
hæc præter naturæ ordinem permeat, tanquam  
propria sibi forent, nullo tamen ceterum obstruc  
tione, effusionis, excretionisve vitio accedente. E  
nit hoc multoties in systemate circulationis, ubi ri  
tu accelerato, aucto calore, rarefiunt humores,  
sa laxantur, ampliantur, ut crassior sanguinis pa  
ultra, quam decet, propulsa, in vasculis justo  
noribus, non suis, circumeat, errore quidem utp  
rimum innoxio, quandoque tamen & periculosus.  
Stagnans in cellulosa pingue, subito in vasa raptu  
Bilis suos limites egressa, inque sanguinem diffusa  
Urina, materies perspirabilis, &c. retenta cum  
massam circulantem regurgitant, exempla noxarior  
quas id vitium infert, præbere possunt. Secret  
num certe multifaria hinc perturbatio. An huc eti  
retuleris materiae morbosæ, alicubi stagnantis,  
ceptionem in communes circuitus vias, aut ejusdem  
permanentem cum humoribus circulantibus mixta  
nem, quum evacuari vel in parte aliqua deponi  
buiisset?

400. Errorem impactorum voco, quando liq  
id in canalem alienum delatus, nec permeare pote  
impactus, cavitatem illius natura angustiorem  
turat, sibique & aliis deinceps appulsis transit  
negat, vitio triplici aberrationis, stagnationis &  
structionis (209. 1.) concurrente; quanquam si ci  
tinentia & contenta in se seorsim spectes, vix  
modum a statu sano mutata deprehendas. Nascitur  
facile ex errore priore (399.), cum humor crassi

aliena protrusus vascula, quorum diametri in progressu naturaliter decrescunt aut superveniente spasso (209. 5.) minuantur, negato tandem per anastasias transitu sistitur. Ex quo fonte multiplex portgenus infarctuum, tumorum, metastasium, inflammationum, &c. oriri posse haud difficulter pericitur.

401. Est & error excretorum memorandus, quo ut humor in aliena vasa propulsus, horum ostiis ipsius, praeter naturam e corpore ejiciatur. Ejus tempore duas species sunt. Vel enim materies utilis, ac retinenda, suis e vasculis aberrans, in cana excretorios devecta, tanquam recrementum, excubatur, dispendio saepe irreparabili. Chyli, sanguis, seri, lymphae, &c. excretiones per alvum, urinæ vias, cutim &c. in variis alvi profluviis, diate, mihi cruento, sudatione nimia, colliquante, ostendunt. Vel, quam Natura excretioni destinata, materies ad aliud, non suum, delata emuniorum expurgatur, errore quidem tolerabiliore; ut i boni humoris jacturam non inferat: at suis tamen & noxis aliunde infesto; quum non cuivis exremento quodlibet emissarium indiscriminatim conpiat. Bilis, urina, perspirabile, fæces alvina, sanguis menstruus, &c. ita quandoque aberrant.

402. Huic etiam referatur error effusorum, vataate multiplici peccans, quem latiore sensu εκευωσιν dicere liceat. Nimirum suis e vasibus effusa teries tum non e corpore elabitur, sed partium vestitiis recepta colligitur ac restagnat. Cujus demum vitii permulta sunt species & longe plura am mala; quibus oœconomiam infestat.

403. Differentiam facit varia vasorum emittentium sectio, quæ effluxui favet, διασομωσις, διαπηδησις, διαιρεσις (203. 2. 3. 4. 207.). Discrepant & cates recipientes, ut majores, minores, naturales

aut vi factæ fuerint. Tela cellulosa, quæ partū interstitia undique replet, facile distendenda, frequ & commodum effusis receptaculum præstat. Præpue tamen notanda est materiæ, quæ effundit diversitas; ut ex qua totidem differentes morbo species, aliis atque aliis symptomatibus stipatæ, cuntur.

Sanguinis e suis vasis effusi errorem videas in gillatione, aneurysmate spurio, exanthematib⁹ inflammatoriis tumoribus, hæmorrhagiis interm &c. Nec diu fertur hæc stagnatio in humore immutabili, quin coagulo (336.), secessione (337) suppuratione, putredine, crasis vitietur.

Quum Lympha sanguinis effusa, in intersticiis lidorum vi distendente factis, ita membrana cellula habitus totius corporis, aut partium singularium in cavis magnis parvisve, accumulatur, pustulæ, leucophlegmatia, hydrops *duæ causæ*, oœpna, abdominis, thoracis, capitis, scroti, parti internarum, œdema &c. oriuntur.

Pingue, bilis, chylus, cererique succi singuli hunc ubi errorem patiuntur, alia atque alia inducunt.

Humor corruptus, pus, ichor, sanies, mater morbosæ, cruda, cocta, cum in cavitates aut interstitia partium effunduntur, empyemata, abscessus, sinus, fistulas, ulcera, gangrænas, metastases satares, noxias, &c. inferunt.

Quin & aer, ut suos in corpore canales habet quos secundum naturam permeat, ita egressus infra recipitur in aliena cava, aut in cellulofam, mores aerii, elasticæ, oriuntur, plus minus, quodque per universum habitum expansi. Inde eneumatosis, emphysema, tympanias. Fieri et potest, ut latens in humoribus elasticæ materies, si similis, quacunque occasione exsoluta, recuperetur.

sticitate seorsim sese congregans, locoque velutin ans, tumores expansione sua flatuosos, prioribus niles, producat.

404. An & errorem nutrimenti statuere licet, si bi moleculæ nutritiæ alienis partibus, quarum difficultas est mixtio, apponuntur; ut justa solidi contentia ac textura pervertatur, cute in callum corve, carne musculosa in tendinem aut cellulosa, teste molli in cartilagine, os, dentem, lapidem, & osse retro in massam molliorem degenerante? Iudicium sane credibile est, singulas succi nutritii parulas ejusdem prorsus esse mixtionis (138.), &, iuscunque fuerint, quibuslibet solidis nutriendis incriminatim quadrare (146. 147.). Nec constat aturæ humanæ datam esse potestatem, mutata elementorum proportione, mixtiones quasvis ex quisvis pro lubitu fabricandi. Quodsi igitur materies triens, ceterum sana, errorem loci patitur, vita inde assimilatione, substantia partium mirifice enari ea de causa posse videtur.

405. Denique & secretorum error haud infrequenter obtinet; at qui cum priorum (399. ad 404.) modo effectus ac sequela sit, singularem titulum vix eretur.

### *Motus vitia in humoribus.*

406. CONSTAT humores nostri corporis, & integratio suarum molecularum, & progressivo totius motu secundum naturam cieri. Neutro carere uitia potest, quæ tamen & moderatum utriusque motum requirit, nec quosvis excessus defectusve, alienationes, impune ferre potest.

407. Intestinus, qui ad fluiditatem pertinet, humores quoque auctæ vel imminutæ rationem sequitur; & quæ, patitur vitia ad nimiam tenuitatem aut laxitatem referre, atque ex dictis (271 & seq.)

intelligere licet. Alias ejusdem species, quarum mutanda humorum crassi major ac singularior intentia, cum in sanitate, tum in morbis, exerciti, multiplices liquorum ex uno sanguine nascentia discrepantiae & plures etiam degeneraciones haud scure innuere videntur. Et credibile quidem est norum, quae corpus subeunt, mixtionem cum moribus, aut singulares in solidis vibrationes cunque occasione ortas, producendis id genus tibus multum conferre: at difficile fuerit peculiarius horum ingenium ac determinatas, undeguli profluunt; causas harumque agendi modos planare. Chemicorum fermenta, sano sensu applicata, illustrant quidem, nec tamen solvunt confusionem. Nec multo plus efficiunt, qui a variuntaxat solidorum motibus omnem efficaciam originem repetendam esse censem.

408. Manifestior alter humorum motus (406) quo per vasa vecti locum mutant, trifariam viari potest, aucta nimirum, aut imminuta nimis locitate, tum directione abnormi.

409. Motus major debetur intensiori solidorum fluida actioni. Hanc vero intendunt, quæcum vel vires illorum motrices incitant, irritamenta motivaria (171 ad 181.), sive directe in corpus, per mentem in corpus agentia; vel quæ resistent ab humorum mole, spissitate, adhæsione, aut analium rigiditate, angustia (209.) &c. objectas nunt: cuiusmodi plurima habentur. Nec minor numerus est effectuum, qui inde consequuntur, que ob mirabile œconomia humanæ consensum frivicissim causas sœpe producunt, augent, multicant. Generaliorum præcipui sunt solidorum a fuis nimio impetu actis major irritatio; agitatio hinc attritus validior; caloris augmentum; rarefactione humorum; subtiliorum dissipatio; crassame in-

inspissatio ; resolutio putris ; blandiorum acritas ; acrum exacerbatio ; canalium expansio ; ruptura ; humorum aberratio omnigena (399. ad 405.), & , quæ porro ex his sequi possunt , innumera acuti præsertim generis mala . Utitur tamen & Natura quam frequētissime hoc ipso excessu , ut remedio efficace , quo cruda subigat , noxia corrigat , expellat , acria mitget , coacta solvat , obstructa reseret , aliaque plurima in corporis sui salutem molliatur (99.).

410. Ex oppositis causis nascens humorum tarditas hinc intelligitur , quæ cum decrescente per variis gradus solidorum ac fluidorum mutua actione ad quietem tendat ; ipsa vi vitali torpente (196. 198.5.) functionibus omnibus languorem inducit , multas suspendit aut plane delet . Unde morborum chronicorum origo multiplex , intraestabile ingenium & difficillima ob prostratas Naturæ vires sanatio .

411. In statu sano quælibet corporis pars suum accipit humorum demensum , sive massæ spectes copiam , sive motus , quo fluit , quantitatem . Nec imoles adeo partium hanc portionem determinat , sed naturæ functionisque , cui destinantur , diversitas . Itaque tametsi levior quilibet excessus defectus-ve haud ilico laedit ; gravior tamen diuque durans noxas parit . Nimius certe affluxus impulsu enormi aut vasa irritat , in motus fortiores ciet (170. 195.) ; unde attritus , calor , transfluxus intensior , attrac-*tio* novi humoris uberior , revulsio ab aliis parti- bus , harum depletio & similia : aut vim parentibus insuperabilem infert : unde dilatatio , *ἀνασόμωσις* , *διεπιδυσις* ; *διαιρεσις* (203.) & quæ ex his se- quuntur , infinita (207.) . His contraria mala defi- ciens influxio producit . Nec difficile est ex dictis (409.) utriusque immoderationis causas eruere ; ut quæ in perversa virium motricium & resistantiarum tatione potissimum quæri debeant .

412. Quos porro Natura habet, motus humorum magis determinati, ad circuitum, secretionem, excretionem, effusionem in cava corporis, resorptiōnem ex his, &c. pertinentes, ita pendent a priobus (406.), ut inde, tanquam effectus ex suis causis, profluant, adeoque & aberrationes, quas pertiuntur, tanquam symptomata (90.), quae horum vitiis superveniant, spectari, neque hoc loco secundum exponi debeant.

*Morbi Compositi.*

413. ATQUE hæc summa est affectionum simpliciorum (125 ad 412.): quæ cum perraro solitarii Medico tractandæ offerantur (123.), pro multivarum sua combinatione, quæ demum in veros morbos abeunt cum maxime considerari merentur.

414. Morbus compositus dicitur is, ad quem constitutendum diversæ affectiones simplices ita concurrent, ut unum faciant. Hic ergo tot partes habet, quot affectionum simplicium confluxu nascitur in has resolvitur; his demum intellectis & ipse intelligitur: nec harum ulla tolli mutarive potest quin morbi, quem componunt, natura quoque alienetur.

415. Unde generatim quidem triplex hic locus habet compositionem, prout aut solidorum, aut fluidorum, diversa vitia inter se sunt, aut hæc cum illis una confluunt. At utriusque generis tam multæ poterantur species; ut possibilium combinationum numerum inire, exque singulis nascentes morbos ordinare exponere vix liceat.

416. Naturæ præterea morborum nondum satis liquido demonstratae sunt (44.). Supereft hic plura disceptandi ac dissensiendi materies; unde difficulter se expedire valeat, qui doctrina synthetica uti velit.

417. Rectius idcirco ex parte status morbos manifestiore, quæ in sensus incurrit (45. 86. 88.), ordinio desumitur pertractandæ huic materiae appositus. Sic characteres certi, quibus & conveniunt, inter se & discrepant diversi morbi, horumque classes, genera ac species, legitima methodo constitui possunt; ut dignotio in praxi facilior reddatur, & confusio ac ligitandi occasio evitetur. Morbi itaque compositi spectantur potius, ut totidem diversæ symptomatum concursiones, ac pro more Systematicorum, ad Pathologiae specialis eam sectionem, quæ de Symptomatibus singulatim agit, commode relevantur.

418. Accidentariæ quoque morborum differentiæ (121.), quanquam proxime subjungi essentialibus solent, hoc loco tamen cum plene intelligi nequeant, infra demum aptius enarrabuntur. De principiis itaque ac fontibus, unde morbi promanant (74. ac 79.), speciatim nunc dicendum est.

*De Potentis nocentibus (76.).*

419. QUUM morbi in C. H. possibles tantopere inter se natura discrepent, vires quoque potentiarum, quibus oriuntur (63.), diversissimas esse oportet. Merentur adeo seorsim singulæ exponi, ut quam efficere quælibet mutationem possit, compendio invenire liceat, cum opus est (71. 79.).

420. Triplex quidem fons est, unde potentiaæ nocivæ nobis proveniunt; uti totuplice virium genere legitime conspirante sani servamur (7.). Mens, corpus, res externæ, suas hic singula partes habent (4.5.6.). Nec multum refert, utrum hac ipsa utaris in pertractando divisione, an cum aliis numerum præferas quaternarium aut senarium, vel cum ~~PITCARNIO~~ potius dichotomiam malis, atque omnia reducas ad aliorum actionem in hominem, hominis-

minisque actionem in semet ipsum. Quæcunque h̄ pertinent, vocari Medicis solent res nonnaturales quasi tu dicas res medias, quæ ex se nec secundum, nec contra naturam sint (2.), nec salubres nec noxiæ, at usū vel abusu tales fieri queant. H̄ vocis technicæ ambiguitas facile expedienda minem morari debet (3.).

421. Agunt autem ista omnia (420.) utroque generalium & singularium virium genere. Juval itaque Mechanicis, Physicis, Chemicis, Medicis & demonstratis ad eruendos intelligendosque, quos prudunt, effectus.

### *De nocivis Atmosphæræ potestatibus.*

422. FLUIDUM aerum, quo viventes circumfunditur, quod respiramus, deglutimus, amplissimæ corporis nostri superficieï externæ, internæ, perpetuum contiguum est. Debet ergo pro virium qualitatum que suarum diversitate multimodis nos adficere; maxime quum tot tantisque continue vicissitudinibus obnoxium esse Physici ostendant.

423. Aer calidus, qua ambit aut penetrat, corpora ad suum gradum calefacit; rarefacit; particulas, quibus constant, in mutua cohæsione relaxat in motus intestinos ciet; qua volatiles sunt, dissipat; vires motrices insitas ad agendum concitat fermentationem, putredinem, ciet ac promovet.

424. Ex his (423.) intelligitur, quænam evenit homini debeant, qui æstui aeris nimio diu exponitur

1. Pro intensiore medii ambientis calore, quo non suo, corpus calescit, caloris nativi imminutio extinctio, extranei substitutio.

2. Ex rarefactione augmentum voluminis, & manus quidem in fluidis, quam in solidis; unde plenitudo vasorum & turgor (390.), & multiplex humerum aberratio (399. & seq.)

3. Ob

3. Ob relaxatam cohæsionem debilitas solidorum (157.), spongosus carnium contextus, articulorum infirmitas, laxum, iners, flexible (ibid.).

4. Ob eamdem rationem humorum spissiorum tensione, inertium agitatio, motusque per vasa minus resistentia (2. 3.) liberior.

5. Vis vitalis (170. 194.) sensilior quidem & agitor, at labore, tenacitate, hinc duratione minor, acilius in suis motibus turbanda, brevi fervore torpens, deficiens.

6. Humorum pars tenuior, volatilis, spirituosa, iquosa, de poris superficie corporis externæ, interiæ, aeri expositæ, dissipatur. Unde defectus subtiorum, crassamenti inspissatio (274. 275. 282.), immeabilitas, diathesis atrabilaria, inflammatoria, solidi exsiccatio, vasculorum obstruētio, &c.

7. Salinæ, oleosæ, materiæ agitatio major, attenuatio, evolutio, ad putredinem & rancorem dispositio, alcalefescens, amarum, adustum, fœtidum, flavum, fuscum, nigricans, inducit, atque hinc oīundas febres biliosas, putridas, ardentes, malignas, morbosque acutos, calidos, multivaria functionum generis nervosi lēsione stipatos.

8. Ea, quæ primis viis continentur, sicubi ad fermentandum aut putrefendum prona fuerint, æstuoso aere tanto citius in hos motus concitantur, auctus, inflationes, dolores, spasmos ventriculi & intestinorum, anxietates, vomitum, choleras, diarrhoeas, dysenterias, &c. producunt.

9. Pars corporis singularis, præ ceteris nīmum xcalefacta, æquabilem circuitum turbat, humores id se trahit, rarefactos in aliena vascula admittit, irritata vi vitali inordinatas suarum fibrarum agitationes concipit: inde infarctus, dolores, rubores, erysipelas, inflammatio, phrenitis, ophthalmia, angina, peripneumonia, &c.

425. Manifestum itaque est, calorem atmosphæra prodesse quidem corporibus senilibus, torpidis, frigidis, mucosis, colluvie serosa obrutis, inopia humorum laborantibus; at contra vehementer nocent plethoricis, obesis, biliosis, calidis, siccis, in hemorrhagias pronis, irritabilibus, cibo animali potuique spirituoso deditis, multisque cacochymicis præcipue autem generi nervoso, pulmonibus, primis viis ac systemati bilioso infestum esse, harumque partium functiones multimodis turbare.

426. Atmosphæræ frigus corpora densat, in minus volumen redigit, fluida quidem eodem gradu magis, quam solida, ad congelationem usque; solidâ rigefacit, magis elastica reddit; motus intestinos fluidorum minuit; suspendit; majore gradu quam & liquores aquosos in glaciem vertit, quidum nascitur, rarescens, levior, majus affectat spatiū, magna que vi, quæ expansioni resistunt, ostacula amolit: liquores non simplices si conglascunt, pars a parte secedit, crasis totius mutatur nec regelando semper restitui potest: quæ vasa suæ cosque his contentos habent, molliores præcipue vegetantium ac animantium partes gelu constrictæ si subito calore regelantur, irreparabilem contextu ac mixtionis dissolutionem passæ corrumpuntur.

427. Hæc (426.) generatim a Physicis demonstrata si ad hominem applicentur, consequitur frigore intensiore

1. Solida corporis contrahi, rigefieri, elatere aegeri, fragiliora reddi (165. 3.), canalium cava dilatari, hinc contentis spatiū minui, resistantias crescere. Tanto autem major constrictio erit, quia sensus frigoris etiam stimulo agit in vim vitalem (171.)

2. Humores cogi, inertes, immeabiles, ad stagnandum pronos reddi.

3. Mutari ergo rationem continentium ad conte

(424. 2. 426.), & ceteris paribus corpora succin-  
xhausta deterius, quam pleniora, habere.

4. Robustis porro ac motu animali valido utenti-  
us mutuam inter solida ac fluida actionem, attri-  
bitum, increscere, calorem internum augeri, circui-  
bitum, coctionem, attenuationem, dissipationem, &  
eparandæ per alimenta ingesta jacturæ necessitatem  
intendi, hinc appetentiam acui, huicque nisi matu-  
re satisfiat, accedere debilitatem, animi deliquium,  
& vel mortem ex fame subitaneam.

5. Debilibus contra & quiescentibus, ob constricta vasa ac spissos humores, circulationis vigorem  
minimū, nativum calorem, vim vitalem, decresce-  
re, omnium functionum torporem induci, suppressis  
vacuationibus non defæcari humores, inde acre,  
nucum, aquam, augeri, scorbutum, morbos arti-  
culares, leucophlegmatiam, hydropses, nasci: obrui-  
ræterea nimia humorum copia partes interiores,  
um ad superficiem corporis aeri expositam resisten-  
iæ ob frigus ultra modum crescunt (411.); hinc  
cordis, pulmonum ac encephali functiones præcipue  
impediri: penetrante autem introrsum gelu insupe-  
abili omnem suspendi motum, & vel sanguine in  
pulmonibus coacto, intercepta respiratione, subitam  
inferti mortem, aut encephalo congelascente invin-  
ibilem nasci somnum, quo vita demum extinguitur.

6. Extremis corporis partibus, quæ minus a fri-  
gore defensæ sunt, contrahi vascula, spissari humo-  
res, occludi poros, supprimi perspirationem; hinc  
livores, rubores, tumores, pruritus, pernioles, fis-  
suras, ulcera nasci; aut frigore glaciali penetratis,  
tenui, motuque suffocato, gangrenam, sphacelum,  
& ab imprudenti excalefactione putredinem (426.),  
oco sanationis, induci.

7. Cavum narium, fauces, tracheam, qua spi-  
ritus meat, similia pati, hinc gravedinem, cory-

zam , anginam , raucedinem , tussim &c. crea-

8. Pulmones maxime , ut amplissima superfic-  
contactum spirati aeris libere admittunt , string-  
minus perspirare , pituitam accumulare , obstrui , c-  
ēto sanguine inflammar , exsiccari , suffocari . U-  
de anhelitus , tussis , catarrhus , mucus , pus , g-  
græna , sphacelus , mors subita .

9. Male præsertim affici & corpora & parte  
510. Mobilior itaque & volatilior fluidorum , am solidorum , natura facit , ut exercitio immobiliatore jactura inæqualis inferatur , hinc mole ilium decrescente solida prævaleant , exsucca corpora refescant , rigescant . Aqua & spiritu , parte humorum tenuiore , difflatis , crassamentum superest (34.) iners , tenax , immeabile per vascula minora : unde horum ac parenchymatis exsiccatio , contractio , concretio , universæ adeo compaginis rigidas major (164. 166.). Pingue , qua stagnat in loculis , commotum , eliquatum , sanguini reditum , attritu & calore ex blando in acre , rancidum , degenerans (375.) , per emunctoria expelliuntur : hinc celeris emaciatio (395.). Gelatina nutritiens

triens (379.), solidorum fibris undique interfusa deteritur, exprimitur, acrior per motum facta cernitur, parte tenuiore expressa solidescit: inde defectus nutritionis, augmentum rigiditatis. Bilis que nimium commota, adusta, in summam acutatur acrimoniam, qua & primas vias infestat, suos egressa cancellos in reliquum etiam corpus sumalignitate grassatur.

511. Ex dictis (509. 510.) liquet, solum motus animalis excessum solida fluidaque corporis tamen vehementer a statu sano alienare posse, ut vel venenatis etiam viribus (486.) agere videatur: cum in universum fere semper & cuvis noceat, raro prospicit, nocere tamen maxime, inter sanos ætati teneræ, sexui sequiori, temperamento bilioscicco, calido; tum vero plethoricis, valde obesisscacochymicis, in hæmorrhagias, aut abortus proclivibus, & quibus viscus aliquod totumve corpus contabescit, & qui spiritus laborant difficultate, & calculosis, iisque, quorum circulationi pertinaces obstant canalium obstrunctiones, tumores, humorum congestiones, &c. His ubi & insuetudo accedit aut ingens aeris æstus, aut ex cibi potusque defectu inanitas, aut subitus a statu quietis ad vehementem motum transitus, tanto peiores inferri noxas necessum est.

512. Minoris momenti sunt, quæ ipsis muscularium exercitatis eveniunt, mala; lassitudo, debilitas, tremor, dolor, spasimus, impotentia ad motum. His tamen quies fere pro remedio est. Siccitas autem, rigiditas, tendineæ naturæ multiplicatio, quas labor excedens carnibus musculorum inducit, haud æque facile tolluntur.

513. Haud lætior est illorum sanitas, qui in opposito errore versantur. Nimia quies & potentemotrices, &, quæ movendæ sunt, partes in torpem

conjicit. Vis musculosa desuetudine contractio-, congesto pingui, languore influxus vitalis, nuitur, suffocatur; articuli, rigescientibus per um ligamentis, axungia coeunte (222.), aptitum ad motum amittunt; antagonistæ magis re-untur. Ita neglectus animalis motus demum im-entiam parit.

514. Plus tamen damni & humorum circuitus hanc causam patitur; ut qui solis commissus vi-viribus, extraneis destitutus suppetiis (507.), vascula minora primum, dein per universum ema languescit: unde humorum stagnatio, accu-latio, inviscatio, caloris nativi imminutio, se-tionum ac excretionum impedimenta, & quæ ex oriuntur, mala quamplurima. Ex hoc fonte ur polychymia (385.), plethora (387.), obe-s (394.), profluunt, quæ sarcinis corpus gra-it firmarum partium mole ac vi majoribus. Ple-udini cito succedit cacochymia iners, glutinosa 83.), aquosa (287.), frigida, universum cor-; inundans, qua laxum, molle, flexible (160. 2.), solidis inducitur, vis vitalis torpet (196. 8.), vigor nerveus perit, colluvies serosa, leu-phlegmatia, hydrops varius, pigritia ad motus, suum hebetatio, ἀναισθησία, omnium functionum focatio tandem nascitur.

515. Præ ceteris pessime afficiuntur, quæ abdo-ne continentur, organa primæ digestionis; ma-ne si etiam prono corpore sedenti comprimantur, que alimenti copia & qualitas haud respondeat & desidi. Namque respiratione vegeta, motu ex-no, succussione, non adjuta in opere suo tar-nt, alimentum imperfecte coquunt, lente propel-lit, mora longiore corrupti finunt, utile haud is emulgent, nec depurant, fæces accumulant: de omne genus vitiorum chyli (323. ad 232.), ruftus,

ructus, flatus, spasmus, anxietas, alvus tarda  
tumens, anorexia, universæ officinæ infirmatio  
menstruorum inertia, degeneratio varia, mensen-  
rii vasculorum obstructio, aliaque innumera ma-  
nascuntur. Ingens præterea succorum multitudo  
qua viscera illa perfunduntur, solis eorum viribus  
extranea ope destitutis, haud satis promoveri pe-  
est: languet ergo circuitus; fit humorum congestio  
stagnatio; sanguis tarde redux, rarius pulmonum  
aere animatus, nec vigore cordis incitatus, in va-  
pam abit, infarcit venæ portarum systema, spli-  
nem, hepar, cetera. Nec mirum adeo bilem de-  
que vitiari (372.), cacockymiam, scorbutum, c  
chexiam, icterum, hydropem, malum hypochon-  
driacum, & alios id genus morbos inde produci.

*Damna ex posituris & motibus singularibus.*

516. QUAM in plerisque rebus suis affectat ama-  
que Natura, variatio & mediocritas in partium co-  
poris motione ac positu quoque conductit. Noce-  
quidquid hic justo violentius est aut nimis diutu-  
num sine remissione; nec in ægris tantum evita-  
debet, sed vel in sanis etiam causa morborum fi-  
ri potest.

517. Status, ultra modum protractus, artus i-  
feriores humoribus tarde ad cor redeuntibus gravat  
unde infarctus, œdema, varices, ulcera. Lumb-  
rum quoque, renum, coxarum, passiones hoc si  
contrahuntur: ut & genitalium vitia ex humoru  
congestione, & herniæ inguinales (233.), crural  
(234.), in feminis fluxus uterinus, fluor albua  
abortus, uteri vaginæque procidentiae (250. ad 254.  
maxime sicubi & nixus subinde accedens pressione  
auxerit ac partes gravitate deorsum vergentes etia  
protrusserit. Sanguine autem difficilius & versus c  
remeante, & inde ad caput ascidente, cum hor-  
diu

stat immobilis, haud mirum, magis, quam aliis  
citiis, lassari & vel animo linqui.

18. Sessio quieta, immodica, ut minus fatiget,  
lo tamen salubrior est, præsertim corpore pro-  
multumque flexis genibus. Similia hinc mala  
bus inferioribus, lumbis, renibus, coxis, fiunt  
7. ): tum & curvitas dorsi, obliquitas spinæ,  
um stupor, ischias, claudicatio: & impedimen-  
lenique abdominis viscerum vitia modo ( 515. )  
nerata.

19. Decubitus excedens, systemati uropœo no-  
s, renes comprimit, obstruit, inflammat, secre-  
i, propulsioni, excretioni lotii obstat: unde mu-  
fabulum, calculus, horumque sequelæ. Officit  
situs horizontalis caput humoribus replendo:  
cephalalgia, ophthalmia, hæmorrhagia, sen-  
n hebetudo, vertigo, sopor, &c.

20. Multos præprimis ac graves affectus produ-  
subita, violenta musculorum contractio, diu  
inuata, absque remissione, accidente etiam,  
nixus intendatur, spiritus inhibitione. Etenim  
mens tractio, pressio, distentio, arctatio, pro-  
o, vim infert partibus, mutuam inter conti-  
ia & contenta rationem omni modo variat,  
am ac directionem humorum valdopere mutat;  
ime cum, anima etiam compressa, sanguinis per-  
ionem trajectus suspenditur. Inde musculorum  
inumque de suis sedibus excussio ( 243. ), ar-  
arum, vinculorum, ipsorumque tendinum rela-  
, ruptura, articulorum distorsio, subluxatio-  
io ( 226. 227. ), ossium fractura ( 217. ) alia-  
nexus situsve vitia ( 224. 229. ), herniæ ( 230. ),  
ipsus ( 248. & seq. ), meatuum ac receptaculo-  
dilatatio, anastomosis, diapedesis, diæresis ( 203. ),  
rysma, varix, fluidorum aberratio omnivaria  
. ad 405. ), hæmorrhagia, hæmoptoe, mictus-  
cruen-

cruentus, fugillatio, emphysema, tumores varii, quæ ex his oriuntur, mala innumera.

521. Hæc si quis ad varias corporis partes, suis singulæ musculis mobiles sunt, aut, ob viam consensumve qualemcumque, illis agentibus versimode affici debent, applicat, is facile intagit, quot qualesque noxas inferre tuffis, cachinatio, sternutatio, oscitatio, pandiculatio, declamatio, vociferatio, cantus, tubarum inflatus, saltulecta, cæspitatio, bajulatio, aliæque id genus motiones, sicubi enormes fuerint, queant.

*Exercitationes Mentis immodicæ.*

522. ATTENTIOR contemplatio eorum, quæ que in semet ipso facile experitur, affatim documentis actionibus haud minus; quam corporis exercitiis, vires dissipari, alternamque requiem iæque, ac his, interponendam esse, ut sanitas perstet.

523. Mens nimirum corpori suo, dum vita get, intime implicata est: ut difficulter concipiliceat tam exquisite puram ejus operationem, q[uod] prorsus nihil corporeæ mutationis quoquo modo innexum habeat. Præterquam enim, quod nullæ cogitationes determinati sequantur motus corporis sensoria quoque cum externa, tum interna, maioriem occasionesque cogitandi vix absque aliqua rationis suorum staminum specie subministrare possidentur. Oportet itaque, cum mens in sua officia actuosa est, hujus organa plus minus cieri, tendi, laxari, oscillare, inter se agitari, quomodo cunque saltem aliter se habere, quam ubi ab ore feriatur.

524. Præterea verosimillimum est, systema nervosum, qua sensui preest, vi quadam motrice amari, vitali muscularive virtuti (170. 502.) foræquiparanda, qua agente stamina ejus tendi, risere,

, turgere, concipiendis ad irritamenta oscillibus aptari queant, vicissimque remitti ac flacere, cum otiatur. Nec refert, utrum a spiritu, a vocant, animali, per nervos diffuso, eamdem tas, an quoquo alio modo ab ortu putas indi- , mecumve in re obscura opinando nihil au- ris. Agnoscendum tamen videtur, aliquod men- eam concessum esse imperium, quo excitare si- em pro lubitu possit ad agendum tam in uni- corpore, quam in singulari parte: perinde ut culi etiam arbitrio parent.

25. Constat autem sentiendi illam vim (524.) vi vitali communicare; ut altera alteri pro ir- nento esse possit (179.). Quin & mutuum for- nter eamdem & muscularem vim commercium t, quo fit, ut nervorum interventu jussa men- id musculos deferantur: nisi mavelis idem utro- e motus principium dari, at quod pro differen- artium, quas animat, conformatioне diversimo- ugat. Utraque certe & nervorum & muscularum us non inexhausta est; nec continentem fert la- m; nec fatigari altera sine alterius detimento st.

26. Quanquam igitur, quæ in sensoriis carentur, ationes motibus muscularum longe minus mani- sunt; facit tamen summa medullæ nerveæ ritudo, ut hæc vel gravius etiam, certe nihilo us, ab immodica exercitatione affici mutarique eat, quam musculi ab excessu motus animalis 2.), nec disparès inde contrahere lœsiones. Mol- na nimirum stamina quovis demum modo (523.) uentius, diutius vehementius commota, inter se- ttrita, lassantur, tonum amittunt, tremores ir- dulares, injussos, concipiunt concitantque præter nem in vicinis, spasmo velut obrigescunt, aut ida resolvuntur; vis ipsa nervea (524. 526.) elan-

guescit, dissipatur. Ex quibus, nisi tempestiva  
quie leventur, sensuum externorum internorum  
hebetudo, impotentia, idearum confusio, somni-  
bulenti, pervagilium, imaginatio depravata,  
rium, fatuitas. An &, quæ musculis assiduo la-  
re evenit (512.), siccitas, rigiditas, in his quo-  
organis nasci potest, qua senile vitium in faculta-  
mentis ante tempus invehatur?

527. Ingravescunt autem hæc mala, novisque  
gentur, quum sensorii communis agitatio etiam  
paratum encephali vasculosum in motus enor-  
ciet, ac majore sanguinis copia caput opplet.  
de partium distensio, dolor, calor, inflammatio  
atque ex his nascens actionum mentis multiplex  
turbatio. Quin & consensio mutua principiorum  
tus (525.) facit, ut viribus nerveis (524.) nimis  
intensis, laffatis, dissipatis, reliquorum systema-  
vires similia patiantur, hinc corpus absque la-  
suo fatigetur, omniumque ejus functionum co-  
quatur læsio.

528. Accedunt vitia ex motu animali negli-  
(513. ad 515.), vitaque sedentaria aut stataria (518.), literarum studiosis familiari, quæ uti es-  
sat gravia sunt, ita magis etiam properantur au-  
valescunt, ubi robur corporis inquieta cogitat  
minuitur.

529. Excessus tamen cum varietate studiorum  
lerabilius est: at vehemens cogitationum in eam  
tem intentio, non interrupta, rari sunt, quibus  
magnopere noceat. Etenim pars illa sensorii com-  
munis, quæ sola cum in actione est, & in qua  
tota veluti mens omni sua vi incumbit, violen-  
-patitur haud minorem, quam musculi singulares  
-titer diuque contracti (520. 526.) Itaque aut si  
na ejus tam pertinaciter arriguntur, ut remitti  
nequeant, aut oscillandi finem non faciunt a-

nota, aut nimium distracta tenorem denique tunt. Unde omnes genus mentis perturbationæ, melancholia, ~~excœus~~, mania, catalepsis, fass, sensuum impotentia, virtutis nerveæ resolutio, milia nascuntur.

30. Neglecta mentis cultura organis quidem sen-  
tiorporem inducit, vim nerveam hebetat ac  
anguit, facultates animi aut omnes, aut singu-  
labefactat, ut vel universæ, vel aliquæ, in-  
otiantur. Ceterum tamen, nisi & motus ani-  
s intermissio accesserit, reliquis functionibus haud  
obest, ut non ignavos videoas stupidosque cre-  
fere, quam ingeniosos, ad ultimam usque se-  
tem firma corporis valetudine perfici.

31. Ex his (508. ad 530.) inter se collatis ma-  
tum est, exercitationes mentis, quam corporis,  
excessu longe magis infirmare sanitatem. Patet  
n, cuinam ætati, sexui, temperamento, acrio-  
udia & lucubrationes minime convenient? Cur  
unda meditatio magis fatiget, quam motus mu-  
ris? Quare iis, qui gravi morbo exhausti reva-  
nt, tam perniciosa plerumque animi intentio,  
perrima autem corporis moderata exercitatio?

### *Vis noxia Animi perturbationum.*

32. INEST in animo impetus, quo fertur in ea,  
quod vel bona, vel mala, vel insolita sint,  
in talia videantur, placent, displicant aut per-  
nit. Is sicubi commotionem in homine excitat  
orem, quam quæ rectæ rationi conveniat, hæc  
ni perturbatio dicitur.

33. Comitatur adeo hanc (532.) & prodit actio-  
illarum, quæ ex mutua animi corporisque conju-  
ne fluunt, major minorve a justo tenore alie-  
o. Unde consequitur, ut in eo statu organa  
que, sensibus motibusque voluntariis dicata, tut-

bis agitentur, viresque, quibus animantur (524.), in vitiosos motus aberrent.

534. Quin docet etiam observatio, cordis artis rumque motus, calorem, colorem, habitudinem temporis, una cum alterari; universum ideo circulans ambitum, &, quibus haec nititur, vires vii (170.), quasque sub se habet, quarumvis partactiones praeter ordinem affici.

535. Quæ si quis, prout latissime patent, perpendit, ei dubium videbitur, utrum animi magis, quam corporis, perturbatio dicenda quando totius œconomiae humanæ functionum la est, quæ ab hoc impetu immunis perverti nequa

536. Quocunque autem modo isthæc (535.) in homine fieri concipias; sive mente iurante; sive cæco instinctu; seu incitante quadam menti indita, a reliquis ejus facultatibus distinx illud certum, deberi ea quidem mirabili, quod ter bina hominis principia viget, commercio hoc ipsum tamen leges limitesque, quibus in tranquillo adstringitur, tum adeo excedere, ut eduntur, effectus prorsus insoliti, ejusque vi longe superiores videantur; saltem, quo minuta occasione nascantur, impediri, aut nati super arbitrio vix possint.

537. Nimirum, quæ homini data sunt, binatum systemata, alterum menti cum corpore mune, alterum si non mere corporeum, certa conscientia semotum; etsi diversis legibus regulare contubernalia tamen in uno corpore sunt, ac rabilis commixtione per singulas partes diffusa strumentis inter se contiguis, connexis, aut & munibus gaudent, viribusque animantur aut inserviant inter se consentientibus (525.). Quocunque quæcunque in alterutro carent, insigniores concomitantes quo minus in alterum quoque transferari fieri haud potest.

8. Quæ quidem Medice considerata docent, iam motibus impetuosas dari agitationes, quæ in ipso cogitante, hujusque adeo officina, primum, inde in reliquum corpus protrusæ, exque hoc in eo, unde venere, revolutæ, celerrimo ita rube tam vehementer augescunt; ut, quidquid virium facultatumque in toto homine, conturbat, atque hinc universæ œconomiaæ humanæ fundenta concutere queant.

9. Quanquam igitur in moderatis, qui ratione suntur, sua inest eximia utilitas, haud minus ca, quam moralis; magnopere tamen vitæ acuti nocere etiam possunt valde violenti; maxificubi & subito erumpunt, aut pertinaci durainolescunt, aut intus sævientes nequicquam primuntur, aut alii aliis celerrime superveniunt affines, sive inter se oppositi.

10. Inde sensuum, motuum, circulationis, respirationis, secretionis, excretionis, coctionis, nutritionis, generationis, &c. Innumera ex hoc fonte profluere quotidianum est, quæ alias quidem præ viribus sponte rursum superantur, nec raro in omne etiam morborum genus, & in suæas, lentasve mortes abeunt.

11. Uti vero affectionum mentis quæque pro sua sitate diversas externis corporis partibus actibus mutationes inducit, quibus, tanquam propriis æteribus, foris explicitæ se se dignoscendas proponit: ita suo etiam singulæ modo peculiari intervita sanitatisque conditiones convellunt, vires oris motrices opprimendo, exagitando, perturbo. Atque hinc præcipue multifaria illa nasciuntur motus humorum vitia (406 ad 413.), quæ athematis, prout aut læta, aut tristia, fuerint, atque alia etiam ex pulsu se manifestant.

12. Principia videlicet atque instrumenta motus

consensione accurata sese accommodant propensiones  
& aversationibus mentis emotæ, hujusque ideo  
tui diverso respondentes quoque in corpore muta-  
nes excitantur. Inde gaudii comes auctior, exp-  
tior, circulatio, secretio, excretio: sed & insomni-  
insania, virium resolutio, quin mors apoplecti-  
ubi nimium est & improvsum. In amore non  
similia insunt: protractum autem rei amatæ des-  
rium, & ægritudo de perdenda, aut non obti-  
da, inquietem, languorem, anorexiā, chloro-  
tabem, nostalgiā, melancholiā, erotomaniam  
inducit. Ira imperu efferato nervos, musculos,  
guinem, bilem, exagitat; hinc furorem, inflam-  
tiones, febres ardentes, viscerum primæ digesti-  
turas enormes, errores fluidorum omnivarios (I  
& seq.), & vel veneniferam quoque vim cr-  
Odium ac livor perseverans per vigilio, febre le-  
appertitu prostrato, inedia, pallorem, torpor-  
maciem, cachexiam infert. Mœrore vis nervea-  
guet, tonus partium fatiscit, motus vitales in-  
nuuntur: unde pulsus tardus, contractus, circu-  
lenta, inviscatio humorum, sanguinis coagula-  
coctionis ac nutritionis defectus, diarrhoeæ, ob-  
stiones, scirrhi, melancholia, icterus, hydrops  
mni diuturni, leishargus, catalepsis, &c. Metu-  
muscularis infirmatur, tremunt membra, sphincter-  
resolvuntur; minuto cordis vigore ambitus cir-  
tionis contrahitur, repressis intro humoribus p-  
fit, siccitas, perspirationis suppressio, attractio-  
jor, anxietas, viscerum vitalium oppilatio, N  
ræ ad munia sua impotentia. Terror, præ ce-  
perniciosus, sistema nerveum violentissime qua-  
do, spasmos, convulsiones, epilepsiam, stupor-  
imaginationem depravatam, inducit; constricti-  
bito vasculis minoribus humores versus vasa m-  
ra cogit, cor in palpitationem, pulmones in a-

conjicit; pallorem, frigus, congestiones, abor-, parit, evacuationes suppressit, subito necat.  
 43. Quocirca manifestum est, animi motus vio-  
   a, frequentia, duratione enormes, multo, quam  
   oris, gravius œconomiam humanam affigere:  
 re autem præprimis, sicuti & immodicas men-  
 exercitationes comitantur (522.) : posse tamen  
 plurimum prodesse, quum ægris accidunt: hinc  
 ictamenti non minus, quam veneni, vim exse-  
 ; difficillimum denique esse, quos creant fo-  
 ve, morbos sanare, nisi animo in tranquillita-  
 restituro, hosque propterea heterochitos aut ma-  
 os quandoque videri, cum, quæ subest, com-  
 sa mentis perturbatio latet; physiognomoniam  
 ar Medico tum maxime conducere, ne frustra  
 ret.

*Excessus somni ac vigiliarum.*

44. VIGILANTI quæ per functionum exercitatio-  
 de corporis cum materia, tum viribus, dece-  
 ;, non ita cibi potusque usu reparari queunt,  
 non interposita etiam quiete opus sit. Inde na-  
 lis somni necessitas & consentaneus sanitati modus.

45. Tametsi igitur & somni & vigiliarum, in-  
 gissimum tempus, sine interruptione, protracta-  
 exempla prostant; uterque tamen excessus præ-  
 naturam est, nec impune tolerabilis. Non du-  
 lis vita est, quæ alterna requie caret; nec nisi  
 ra vitæ perpetuus somnus.

46. Facit nihilominus ætas, sexus, temperamen-  
 to, vitæ genus, clima, tempestas, consuetudo,  
 multiplicem in his rebus inter homines discre-  
 tam, ut difficile sit, suam cuique mensuram per  
 a tempora definire. Oportet ideo, quæ de ex-  
 ium noxis dicam, non nisi congrua limitatione  
 singulos homines applicare.

547. In vigiliis nonnulla semper datur sensu  
externorum, internorum, motuumque voluntario  
exercitatio, minor, major; expedita certe viri  
organorumque, quæ his functionibus dicata sunt  
ad agendum alacritas adest. Universa ergo mens  
officina aut agit, aut saltem agere gestit. Con  
somni tempore, quies horum omnium, relaxatio  
strumentorum, virium torpor.

548. Quum vero post aliquanti temporis vigi  
sano hebescant sensus, membra graventur, mu  
lorum vis labascat, ipsa mens langueat, mutui  
cum corpore commercii pertesa somnum appet  
liquet, istud hominis systema non ita comparau  
esse, ut perpetim vigere possit.

549. Vigilanti præterea, ob continentem emp  
animalis agitationes, reliquæ etiam corporis pa  
stimentum stimulantur (179.), vires motrices quæcunque ex  
tantur (507. 508. 525. 527. 537.). Unde circu  
sanguinis, attritus, calor, attenuatio humorum  
mutatio, secretio, excretio, intenduntur, quæ  
incitamento destituta in dormiente imminuuntur.

550. Intelligitur inde, per vigilio noxas inferri  
ganis sensoriis motoriisque, vires horum exhaus  
tamina atteri, vibrationes in his cieri inordinatae  
a mente non regundas: unde series cogitationis  
male cohærens, phantasia luxurians, impressio  
rum non delenda, delirium, vertigo, cephal  
agrypnia.

551. Auctiore insuper humorum motu (54)  
subtilia dissipari, crassa cogi, sales & olea asper  
ri, bilem acui, solida deteri, pingue consumi, at  
que corpus exsiccati, emaciari, bilem atram gemit  
rari, hæmorrhoides, febres, delirium melancolicum,  
inquietudinem perpetuam, somni fugam incitare.  
Hæc vero prioribus (550.) juncta quam vehe  
ter universam œconomiam turbare possint, qui  
videt.

552. Et magis quidem isthæc omnia (550. 551.) operantur augenturque, sicubi non interrupta facultatum mentis contentio, studia non variata, aut solentus animi motus, vigiliis accesserint. Laborem corporis nata ex lassitudine somnolentia tempeste satis ut plurimum abrumpit.

553. Contraria igitur mala nimium dormientibus cedere debent. Universæ functionum animalium ficiæ torpor, in hujus organis viribusque, quin in ipsa mente, agendi desuetudo, ineptitudo; nec omnium sensuum hebetatio, motuum inertia, ~~αιθησία~~. Ex labore vero circulationis increscente obesitas, polychymia, spissitudo humorum frigida, leucophlegmatia, capitis oppletio, effeminata carnium mollitudo, secretionum ac excretionum susensio, excrementi accumulatio, defectus coctionis, epurationis, nutritionis, vigoris denique vitalis in niverso corpore extinctio, ac sopor lethalis.

554. Ex quibus (550 ad 553.) inter se collatis patet, præcipua, quæ ex hoc fonte profluunt, mala d exercitationes corporis animique nimias aut intermissas (501. ad 530.) pertinere hinc pro varia similitudine vel dissimilium potentiarum combinatione durimum intendi minuive posse. Tum cui ætati, exui, temperamento, vitæ generi, alteruter excessus magis aut minus noceat? Quodsi vero inter duo tantum extrema eligendi optio daretur, quodnam præferendum?

#### *Excretio ac retentio inordinata.*

555. Ut suus corpori vigor constet, egestorum non minus, quam ingestorum, certa quædam ratio & modus esse debet, nec excerni retinenda, nec retineri excernenda. Utrumvis enim acciderit, id documento est.

556. Magna tamen pars eorum, quæ hoc titulo

com-

comprehenduntur, naturam potius morbi aut symptomatis (34. 41. 86.) referunt. Quare hoc loco de illis duntaxat dicemus, quæ causarum nomine venire possunt.

557. Salivæ, uti secundum naturam jugiter inconfluit, expulsio sano homini coctionem alimenti infirmat, exhauriendo una omnes liquores salivæ similes, quos Natura in primas vias convehit, uhas humectent inque ciborum digestione adjuvent. Unde sitis, siccitas, chyli spissitudo, difficilior a fæce separatio, absorptio minus prompta. Excipit hæc defectus nutritionis, emaciatio, debilitas. Sanguis autem sua lympha orbatus, concretus, atrabilarius obstrukiones, melancholiam, hujusque sequelas parit.

558. Alvi suppressione diurna sterlus accumulatum, exsuccum, durescit, ægre dein promovendum intestinis hinc distentis,  $\mu\phi\alpha\zeta$  imperviis, fibris eorum infirmatis, vasis compressis, tumet venter molestia nascitur, hypochondriaca pertinax alvi constipatio, hæmorrhoides, capitis gravitas, dolor vertigo, angina, ophthalmia, vomitus, ileus, purator fecis, æstus, febris, spasmus, inflammatio intestinorum, &c. Hæc quidem in naturis debilioribus quæ plurimum excrementi generant. Robustis paucæ, quam quotidie ex alimentis parant, sex etiam per multos dies retenta non nocet.

559. Qui urgens lotium reprimunt, nisi invitandem effluit, vesica his ultra modum turgens hypogastrium ac lumbos tumore, dolore, angit; cavitas vesicæ immanis fit, fibrarum ejus atonia. Iphincteris spasmus invincibilis, ischuria tarde aut nunquam sananda,  $\rho\eta\xi\iota$  quandoque (203. 4.), aut  $\pi\pi\sigma\kappa\eta\lambda\eta$  (238.), aut ex stagnantis urinæ acrimonia inflammatio vesicæ & gangræna. Hæc mala topica. Accedunt ex impedita simul lotii secretione seri urinosi in sanguine retentio, putrefactio, lymphæ,

hæ, & ; qui ex hac secernuntur , liquorum corruptio similis (313.) : unde anxietas, sitis, nausea; omitus, saliva, perspirabile, sudor, urinosa; tremor, vertigo, delirium, convulsio, lethargus, mors.

560. Perspiratio ultra , quam par est, aucta vi-  
es prosternit , animi deliquum , mortem subita-  
eam (427. 4.) infert. Suppressa eadem siccat in-  
egumenta ac rigefacit , vascula obstruit, humorum  
nolem auget, gravitatem ad statuam & ad sensum  
assitudinem , anxietatem , animi torporem , conge-  
tiones in partibus , tumores , dolores , inflamma-  
tiones creat ; nisi mature benignum aliarum excre-  
tionum augmentum consequatur . Accedens autem  
etenti exrementi acrimonia etiam febres, erysipe-  
as, rheumatismum, arthritidem, inducit .

561. Sudatio nimia exsiccat corpus, debilitat, sub-  
iecta aqua humores cogit (282.), diathesin inflam-  
matoriam (367.) atrabilariam (284.365.), sanguini-  
onciliat , cohærentiam inter lympham & crassiamen-  
um infirmat (319.), alia exrementa inspissat , mi-  
niuit, immeabilia reddit , poris nimium patulis pe-  
iculosam ad frigus sensitatem parit . Hæc quan-  
um noxæ inferre queant , ex locis citatis intelligi-  
ur. Sudor admisso frigore subito cohibitus simili-  
er, ut suppressa perspiratio (570.), nocet. Sudan-  
li autem consuetudo tempore in naturam conver-  
a, si sponte aut arte abrumpitur, difficillima sæ-  
pe mala producit .

562. Immoderata seminis profusio non solum uti-  
fissimi humoris jactura , sed ipso etiam mctu convul-  
tivo , quo emittitur , frequentius repetito iniprimis  
ædit. Etenim summam voluptatem universalis ex-  
cipit virium resolutio , quæ crebro ferri nequit,  
quin enervet . Colatoria autem corporis quo magis  
emulgentur , eo plus humorum aliunde ad se tra-  
hant , succisque sic ad genitalia derivatis reliquæ  
partes

partes depauperantur. Inde ex nimia venere lassitudo, debilitas, immobilitas, incessus delumbis, encephali dolores, calores, convulsiones, sensuum omnium, maxime visus, hebetudo, cæcitas, fatuitas, circulatio febrilis, exsiccatio, macies, tabes & pulmonica & dorsalis, effeminatio. Augentur hæc mala atque insanablia fiunt ob perpetuum in venerem pruritum, quem mens non minus, quam corpus tandem contrahit, quoque efficitur, ut & dormientes obscena phantasmata exerceant, & in tentacionem pronæ partes quavis occasione impetum concipient, onerique & stimulo sit quamlibet exigua reparati spermatis copia, levissimo conatu, & vel sine hoc, de relaxatis loculis elapsura. Quocirca liquet, quare adolescentiæ florem adeo pessumdet iste excessus? Cur senibus tam pernicialis? Discrepan tamen hoc virium genere homines etiam ejusdem ætatis inter se pluriū; aliis vel modica vene languentibus; aliis immoderatissima vix exhauriendis

563. Abstinentia nimia rarius quidem obest; obesse tamen visa hominibus natura salacibus, πολυστέρωσις, pollutione debilitante, gonorrhœa, opplementatione, tumore, dolore, inflammatione partium seminiferarum, stagnantis seminis inspissatione, corruptione, satyriasi, spasmis, melancholia, mania venerea. Sexui sequiori ex hoc fonte quandoque languor virium, fluor albus, chlorosis, malum hystericum, furor uterinus. Cohibita autem succi seminalis ad exitum concitati ejaculatio σπερματοκήλην κιρσοκήλην, scirrum, cancrum testium, inducit.

564. Lactis excretio, nutricis viribus major, subductio corpori nutrimento, debilitatem, pallorem, maciem, circuitum vacillantem, febrim hecticam, tabem, sudores profusos, utero gravido abortum creat: frequentiore insuper uberum suctu etiam venerea labascit, irritabilitas (190.), animi dejicio,

tio, deliquium, cordis palpitatio, vertigo, sensum, maxime visus, teneritudo, hebetudo, spasmi hysterici, nascuntur. Parati autem lactis suppressione mammarum sequitur distensio, tumor, dolor, ebries, inflammatio, suppuratio, scirrus, aut imetu aliorum verso dolores rheumatici, humorum in partibus aliis congestiones, harumque sequelæ; si mature salutaris per transpirationem, sudorem, rinas, alvum, lochia, menstrua, evacuatio supervenerit.

565. Nimiæ sanguinis jacturæ, per quascunque ias factæ, consecutiones sunt inopia liquidi vitalis (393.), virium defectus, circulationis languor, carnis nativi extinctio, pallor, omnium actionum invalidatio, crudi, aquosi, pallidi, mucosi, in humibus accumulatio (283. 287. 354. 360. 363. 366.), solidorum debilitas (157.), cachexia, leucophlegma, hydrops. Contra haud minus periculosum est, inquinis effluvium aut naturale, aut cui natura dum adsuevit, supprimi. Etenim plerisque sanitatis ad colligendum aliquod humorum superpondium non est pronitas, qua cum necessariæ, tum tolerabiles, edduntur evacuationes, &c., quod per has amissum est, continuo reparatur. Ita vel præter necessitatem institutæ sanguinis detractiones etiam in conseruidinem abeunt, nec intermitti impune possunt (484.). Plethora inde multiplex (387 ad 392.), universalis, particularis; vasorum distensio, circuis suffocatio; varia naturæ ad excernendum molisina, motus irregulares, spasmi, enormis humorum in partes singulares congestio (411.), inflammatio, error fluentium (399.), impactorum (400), excretorum (401.), effusorum (402. 403.), secretorum (405.); præcipue autem mirabiles per insolita loca hæmorrhagiæ.

*De Calculi origina & nocumentis.*

566. RETENTORUM classi haud incongrue calculum annumerare licet; tametsi nec male aliorum referri soleat. Habet enim pro basi terram, cuius uti plurimum in fluidis firmisque partibus corporis humani (137.), inque alimentis (148.), quibus vescimur, inest; ita, quod superfluum est, lege sanitatis tempestive foras ejici una cum ceteris excrementis debet. Terra igitur retenta, stagnans, si, secessione ab aliis principiis facta (320.), suas moleculas adunaverit, in calculum concrescere potest.

567. Medica quidem historia docet, vix ullam corporis partem dari, quæ non aliquando huic concretioni obnoxia fiat; maxime tamen primas, quæ vocant, vias, &c., quæ tum bili, tum lotio, destinatæ sunt, officinas, cum primis viis proxime communicantes. Dixeris ideo, humores, qui crudorum permixtioni præ reliquis patent, præcipue lithiasin contrahere.

568. Terrestres ingestorum particulæ, acido præ primis infixo stipticæ, in ventriculo aut intestinis retentæ, solidum aliquod corpusculum ibidem probasi noctæ, cui adhærescere queant, succis eo confluentibus glutinatæ, volutatione jugi addensatæ, calculum in his partibus formant augentque ægre excutiendum, homini tamen, quam brutis, minus familiarem. Documento sunt ægagropilæ & lapides Bezoar.

569. Lotium coctum sanissimum, limpidum, etiam per bibulam colatum, in vase quiescens, ad contiguam hujus superficiem adfigit minima granula, quibus dum ex recente lotio, subinde infuso, alia atque alia accedunt, crusta tandem nascitur ex veris calculi elementis composita.

570. Corpus solidum, insolubile, cavo vesicæ urinæ.

inariæ vivi hominis, aut animalis, detentum, ci-  
obducitur crusta simili, quæ indies augescit; et-  
nsi vitio careat urina. Crescit eodem modo se-  
el in viis urinæ natus calculus, restitansque im-  
mobilis redditur.

571. Inde & quivis fere calculus in centro nu-  
cum monstrat, primæ crustæ basin, quam orbes  
i aliis appositi, externi internis majores, ambiunt,  
crementi pavlatim facti indices.

572. Analysis Chemica tamen constat, non me-  
n terram esse, quæ sic coit; sed aquæ etiam,  
is ac phlogistæ aliquid, & materiæ elasticæ plu-  
num accedere, mixtione simili, qualis in firma  
rporis compage obtinet (132.133.146.). Accura-  
r autem calculi recentis contemplatio quoque de-  
git, crustas ex micis componi, quæ salium cry-  
stallos referunt. Extimæ certe superficie quandoque  
lincæ ac grandiores id genus massulæ insident.

573. Ex quibus (569. ad 573.) colligere est, ele-  
menta calculi, ut sales in aqua, vere soluta in lo-  
sano fluctuare, inde per modum crystallisationis  
hemicæ excuti, mutua attractione in granula ma-  
ra, & hæc porro inter se, concrescere, obviis-  
se corporibus se adfigere, sic repetito sèpius eo-  
m opere crustas calculumque urinæ formari, tam  
tra, quam extra hominem. Illustrat hanc litho-  
nesin confirmatque generatio tartari ex vino, sta-  
titæ ac tophi ex aquis.

574. Nec contra facit, quod materies, prius aqua-  
luta, post excussionem aqua insolubilis sit, nec,  
o natura salium, sapida. Historia naturalis &  
iemia id genus exemplis abundant.

575. Quocirca & ratio reddi potest, cur vita se-  
ntaria, diuturnus in dorsum decubitus, tempera-  
entum frigidius, immanis aqualiculi pinguitudo,  
uria systematis urinarii vitia, obstructio, inflam-  
matio,

matio, ulcus, scirrus, callus, occursum corporis heterogeneorum in viis urophoris, adeo faveant calculi generationi? Ponunt hæc omnia conditiones, quibus excussio salium quorumvis ex suis muriis promovetur.

576. Nequaquam igitur hic opus est fermentat<sup>e</sup>, putrefactione, spiritu Gorgoneo, clavulis ferreis muco glutinante, aut spiculis alcalinis, volatilibus quæ terram ferruminent. Fingi hæc facilius, quam demonstrari, queunt.

577. Agnoscenda tamen insuper est dispositio quædam singularis, interna, hæreditaria, connata, a post nativitatem acquisita, qua, ceteris paribus, aliud præ alio magis in lithias in propendeat. Solida quædem systematis urinarii sic comparata, ut lotii nimis morentur, aut adhæsionem justo facilius amittant, eo conferre possunt. Maxime vero insandum videtur illud urinæ vitium, quo terreae particulæ ultra modum abundant, aut citius, quam pars est, etiamnum intra corpus secessionem molitur (371.). Inde minguntur arenulæ, aut majori numero, citiusque a mictione, excutiuntur; nisi tunc adhærendi opportunitatem nocte in calculi concrescant.

578. Quum igitur observatio doceat, pueros, quiescentes, frigidos, acidis aut acescentibus cibis, vinis austerioris utentes, acido laborantes, hæmorrhoidiacos, hystericas, arthriticos, præ aliis frequentius calculo infestari; credibile est materiae ad-terreae in urinis exsuperantium eo disponere. Nihil sane refragatur huic sententiæ natura lithonthropicorum; nec, quæ de acidis in terram absorptis Chymia demonstrat.

579. Calculi fellei, etsi diversum paulo ingenium est, origo tamen haud absimilis censeatur. Pomerere certam bilis a naturali sua indole degeneratum, ut quæ sana nequaquam, lotii instar (569).

am excutiat. Inde differentia multiplex colorum, viridis, lividi, atri, albi, cinerei (372.), & ardendi non omnibus eadem, & diversa gravi-

Solvuntur & alii aqua calida pro magna par-  
alii non item. Nec satis constat, utrum ab ipsa  
semper atque unice materiem suam habeant;  
in hujus officina inveniantur. Alimento cete-  
sicciori ac vitæ desidi concretio ista præcipue-  
tur; quum crassamentum fellis, quod alvo ex-  
i fas est, retinetur.

80. Quæ porro in aliis succis partibusque corpo-  
nascuntur, varii generis concrementa lapidea  
(7.), ex his (568. ad 579.) rite applicatis haud  
culter intelligi & exponi possunt.

81. Quacumque autem corporis parte hæreant,  
itas nociva, qua lœdunt, mere mechanica est,  
tusque producit admodum manifestos. Moles  
irum, pondus, durities, premit vicina, gravat,  
primit, canales obstruit: unde humorum tran-  
: intercipitur, circulatio, secretio, excretio tur-  
ir, impeditur. Motus, alisio, frictio, atterit,  
at tenera solida, allicit humores, lacerat vasa:  
dolor, calor, inflammatio, suppuratio, gangræ-  
callus nascuntur. Continuum vero calculi, dum  
orpore manet, incrementum etiam hæc mala  
iget. Quæ quidem si ad singulas partes, ha-  
que functiones, & mutuos consensus adplican-  
plurimarum sane magni momenti affectionum  
inem promunt.

*Potentiae morbificæ animatæ.*

82. ANIMALIS vitæ plena omnia. Aer, aqua,  
is, communia Naturæ habitacula, animantibus  
que scatent. Stupendus præsertim minutiorum  
nalcularum numerus est, & vis sese multipli-  
di fere tanto major, quanto minoribus sunt cor-

L pu-

pusculis. Accedit eorumdem summa voracitas ac rabilis, cum in pabulo conquirendo, tum in niendo, sagacitas & industria. Unde fit, ut non omne modo vegetantium genus grassentur, sed majora quoque animalia in escam nidosque constant, horumque adversus robur sua se parvitate numero tueantur,

583. Multifaria igitur occasio est, qua & homini ab istis hostibus inferri injuria possit; nisi si admissi in tempore suffocentur, rejiciantur. Parte extima superficies, cui se adfigant, porisque cum aut inflictis vulnusculis, se suave ovula insinuerint. Nec defunt meatus externi, quos subeundo interiora deveniant. Aeris potissimum, cibi, potus, hiculo in primæ digestionis officinam facile invaduntur.

584. Practicorum ideo observatis & compertis, multiplex animantium genus quandoque in mine & extra & intus nidulari, neque ullam corporis partem, externam aut internam, plane isto onere immunem esse; ita tamen, ut quam facilius est a foris aditus, præ ceteris frequenter obsideantur.

585. De illis quidem animalculis, quæ extraminem reperiuntur, vix cuiquam dubium est, quod extrinsecus eo devenerint, sive jamjam evolutæ, ve in semine suo etiamnum latentia, quod congruentius conditiones nactum, sui generis animalium excluserit.

586. An autem lumbricorum intestinalium, testiculis, plani, ascaridis, alia quæri debet origo? Quod proprii velut & domestici sunt animalium, ac principiæ hominum, intestinis, raroque, aut numquam alibi inveniuntur. An æquivocam ex putredine tritatem habent? An spiritus mundi arbitrariæ cultati debentur? An potius humano generi in primo ortu congeniti per traducem veluti in eod-

pro-

pagantur? Utrum vero ex semine quidem nat-  
tur, at non suo, aut ex insectis alienigenis,  
e intra corpus humanum recepta, ob pabuli alia-  
que conditionum diversitatem, in aliam speciem  
generant? Nimis hæc omnia repugnant commu-  
nis generationis legibus, quas observatio fidelis  
minimis æque ac maximis animalibus detexit,  
im ut admitti queant.

587. Quum itaque suum & genus & speciem  
antur isti vermes; primasque modo vias (583.)  
ideant; & pro ætate, sexu, temperie, vitæ ge-  
ne, aere, cibo, potu, regione, anni tempore, &c.  
ersis, alios præ aliis magis, minus, aut & nun-  
im infestent; neque tamen & singulos iidem,  
hos teres, illos ascaris, alios iterum tænia: sua-  
profecto analogia, eosdem quoque a foris in  
ninem deferri (583.), & consimilem prioribus  
35.) ortum habere, seque intus more cetero-  
rum animalium multiplicare; nisi validis naturæ vi-  
us superentur. Quanquam vero & hæc sententia  
vexatur dubiis, quæ expediri ægre queant: non  
t tamen ista tanti momenti, ut non sperare li-  
t, ulteriore scrutinio tandem ad liquidum perdu-  
m iri. Quod ipsa Natura dictavit, sistema non  
o turbandum, si qua forsan parte ob cognitio-  
humanæ angustiam hiat.

588. Sanitas quidem id contubernium sæpe haud  
re fert. Nec raro tamen multimodis inde lædi-  
; maxime ubi interiora occupantur. Primis hinc  
s a mole, numero, conglomeratione vermium,  
vitæ, infartus, obstructio, ileus: a motu, repta-  
, suetu, irritamenta nervorum, nausea, vomi-  
singultus, anxietas, motus ventriculi & inte-  
riorum inordinati, spasmi, ructus, flatus, borbo-  
gmi, dolores ventris varii, tumores, alimenti  
ratio perturbata, chyli absorptio impedita, alvus

irregularis, alias stricta, alias laxa: quandoque & rosio accedens excoriat, inflammat, exulcerat, perforat: ex consumtione chyli esuries, bulimus: ovula vermium, recrementa, cadavera, mucum naturalem inviscant, accumulant, menstrua primæ digestionis inspissant, corrumpunt, ac fecem fece acervando putrorem late diffundunt. Hæc quidem topica sunt mala.

589. Facit autem multiplex hujus officinæ cui universo corpore consensus, ut & reliquæ partes unaffiantur. Etenim subtractio nutrimenti maciem pallorem, debilitatem, atrophiam creat: chyli non rite cocti, nec defecati, alienis etiam intermixti corrupti, vitium, in secundas vias delatum, in cochymiam & cachexiam degenerat. Irritatio demque, per instrumenta motus ac sensus, horumque vires, quaquaversum sese extendens, omne gen affectionum spasmodicarum inferre potest. Hinc circuitus humorum turbatus, cordis palpitatio, pulsus exilis, deficiens, intermittens, animi deliquium, hic ripulatio, febris, dolores varii, vertigo, cæcitas: aurium tinnitus, insomnia turbulentia, terrores, deliria, aphonia, paralysis, catalepsis, apoplexia, tantus, motus convulsivi præsertim, atque insultus epileptici omni modo mirabiles.

590. Ex his (588. 589.) porro sponte innotescunt quænam nasci mala possint, quum in aliis corpori vivi partibus, externis vel internis (584.) ; aliquæ animantium genus nidulatur.

*De ceteris, quæ forinsecus admota obsunt.*

591. **MULTA** insuper casu, vel consilio corporis externe admoventur, aut in illud incurvant, quæ prioribus titulis non comprehensa, præteriri tam nequaquam debent; quia in producendis morbis plurimum valent.

592. Vestimenta, quæ consuetudo magis, quam  
atura, homini necessaria fecit, mole, pondere,  
strictione, quas ambiunt, partes premunt, vasa  
stant, appulsis humoribus resistunt, contentos re-  
llunt, solidorum fibras inter se compingunt. Quæ  
uidem si moderata fuerint, sanum robur, vigorem  
cuitus vitalis, mutuam continentium & conten-  
rum actionem, attritum, calorem nativum, au-  
nt (433. 434.), tegumenta, nervos, fibras, mu-  
ulos, fultura juvant, debilibus hinc saluberrima.  
Excedens autem pressio, ut vario est gradu, mala plu-  
na ac diversissima inducit. Humoribus inde dia-  
esis inflammatoria (367.), putredo (313.); redi-  
s per venas, influxus per arterias impeditus; vir-  
tis nerveæ interceptio; nutrimenti, hinc nutritionis  
incrementi æquabilis defectus; materiæ solidi-  
m degeneratio; coalitus eorumdem multiplex  
99. 6.). Hæc dum pressioni expositæ partes patiun-  
r, contraria in reliquis eveniunt; humorum af-  
fixus, accumulatio, impetus major, canarium di-  
ensio, *ασόμωσις, διατήδησις, διαιρεσις* (203.), omnifa-  
e fluidorum aberrationes (397. & seq.), incre-  
mentum nimium (261.), tumores varii, propor-  
onis ac æquilibrii inter partes, vires, actiones, de-  
uctio, &c. Inde anxietas, dolor, œdema, inflam-  
atio, gangræna, stupor, paralysis, apoplexia, hæ-  
optoe, mictus cruentus, abortus, varia conforma-  
onis, situs, nexus, vitia, in teneris præsertim ac  
bilis corporibus nascuntur.

593. Eadem, atmosphærā inter & cutim media,  
iūs calore forta, illius frigus arcent, calorem ex-  
emi corporis augent, molliunt partes calefactas,  
tumores eo trahunt, ab aliis partibus abstrahunt.  
uo nomine ut sæpe multum juvant, ita alias &  
hementer nocent (424. 425.). Interest tamen,  
rum linea, xylina, coriacea, serica, lanea, plu-

mea, pilosa materies sit, ex qua constant: neque enim in omnibus par caloris tenacitas datur.

594. Combibunt etiam humidum retinentque plu-  
minus; magis quidem, si de animali parata sunt  
quam de vegetabili materie. Ita diversimode i-  
vascula cutanea agunt, fuctuque aut repulso excri-  
tionem ac absorptionem cutaneam multimodis, ne-  
semper innocue, variant, augent, impediunt. E-  
quoque haud parum frequentior, aut intermissa v-  
stium mutatio facit.

595. Ex his (592. ad 594.) collatis ad (428. 445)  
intelligere est, cur intempestiva hyberni aut æst-  
vi vestitus mutatio, subitave partium tectorum c-  
nudatio, aut neglecta tegumenti ad aeris vicissitudin-  
accommodatio, tot & tam gravia sæpe mala, i-  
suetis præsertim, inducant? Et quid efficere stragul-  
culcitræ, fasciæ, ligationes, &c. possint.

596. Epithemata liquida, mollia, solida, q-  
corporis partibus multoties, non sine fructu, sup-  
dantur, quandoque tamen & nocent frigore, cal-  
re, pressione, humiditate, siccitate, singulari m-  
teriæ suæ virtute, penetrabilitate, applicandi mo-  
ac tempore, partiumque, quibus imponuntur,  
versa constitutione. Balneorum vires agendi p-  
ratione eruuntur.

597. Pinguia autem vario nomine forinsecus a-  
mota, aut illitu, obesse insuper possunt emollie-  
do, transpirationem occlusis poris suppressando, tum  
sicubi acria simul fuerint, irritando humoresque  
liciendo. Unde dolor, febris, inflammatio, en-  
sipelas, pustulæ, &c. Nec obstat lento, quo m-  
nus absorpta introeant, stimuloque late diffuso p-  
riás sibi vires per universum corpus, aut in pa-  
bus longe dissipatis effectu multum variante exseram-  
ægrius denuo extergenda.

598. Quæcunque porro impetu acta a foris  
cor-

n respirationem requiruntur , noxæ , quibus im-  
ditur , perquam numerosæ sunt , naturaque ac se-  
valde differentes . Aer calore (424. 9.) , frigore  
27. 5.8.) , humiditate (430.4.5.) , gravitate (434.) ,  
vitate (435. 437.) , stagnatione (438. 439.) , in-  
inamentis (440. 442. 496. 497.) peccans , narium ,  
is , faucium , laryngis , tracheæ , bronchiorum ,  
rtium , quas aer permeare debet , morbi angustiæ  
09.) multivarii , obstructio , obstipatio , compres-  
, spasmus , coalitus ; pulmones ipsi inflammatio-  
, erysipelate , pustulis , vomica , ulcere , tubercu-  
, sanguine congesto , pituita , sero , materie ter-  
rea ,

rea, polyposa, podagrifica, rheumatica, atrabilaria, aut quavis alia morbosa, in appatatu suo vasculo-  
so, aut parenchymate, obsessi, impervii; aer, san-  
guis, serum, pus, tumores varii, cavitatem thora-  
cis occupantes, ut pulmo libere explicari nequeat;  
mala item conformatio thoracis, vertebrarum, co-  
storum, luxatio, fractura, ankylosis; tum & mu-  
sculorum respirationi inservientium debilitas, para-  
lysis, spasmus, aut præ dolore, inflammatione, ec-  
chymomate, emphysemate, vulnere, contusione,  
impedita actio; musculorum quoque abdominalium  
vitia similia; obstacula denique ex abdome na-  
scientia, quæ diaphragmatis motum suppressunt, il-  
ludve sursum urgent, ascites, tympanites, ventri-  
culus, intestina, cibo, potu, flatu, scybalis &c.  
ultra modum distenta, uterus &, quæ ad eum per-  
tinent, partes fœtu, aere, sero, aut quavis mate-  
rie aliena, turgentes, tumores viscerum inflamma-  
torii, purulenti, scirrhosi, cancrosi, steatomatosi &c.  
Unde liquet, vix aliud symptoma dari, quod tor-  
& tam diversi generis affectionibus sese socium  
adjungat.

766. In tanta vero causarum varietate haud mi-  
rum est plures etiam difficilis spiritus species gradus-  
que animadverti: uti sunt δυσπνέα, ἀσθμα, ὄπο-  
νοια respiratio annhelosa, strepens, stertens, su-  
blimis, strangulatio, &c. Quarum quidem ratio at-  
que origo ex dictis (765.) facile eruitur; maxime  
si quis perpendat, ex impedita actione, vitæ tam  
necessaria, anxietatem (687.) nasci, quæ Naturam  
urgeat, ut quovis virium suarum adjumento utatur,  
intensisque adeo ac multiplicatis motibus vitæ peri-  
clitanti succurrat.

767. Α'πνοια, suffocatio, respiratio vere vel qua-  
si abolita, causis nascitur iisdem (765.), sed vehe-  
mentia aut duratione majoribus. Inde aut increcen-  
tem,

dyspnoeam serius, ocyus, sequitur; aut subinvadens, nomine catarrhi suffocantis, mortem natur vel infert. Comitatur alias circuitus vita-defectionem, hinc gravioribus animi deliquiis, symptoma symptomatis, supervenit: alias pri-  
rio suis ex causis oritur, tumque ob interceptum  
guinis per pulmones trajectum, inhibita circula-  
re, vitam una supprimit. Immania aeris vi-  
summa nervorum mala, paralytica, spasmodi-  
in organis respiratoriis, subita pulmonum op-  
io a sanguine, pure, colluvie catarrhosa, eo  
primis faciunt.

68. Tussis, depravatæ respirationis symptoma, violenta, convulsiva, reciproca, sonora, exspiro. Ponit ergo motus convulsivos musculorum, exspirationem faciunt, simulque glottidem ut-  
que contractam; quibus fit, ut aer pulmonicus impetu & sono, de larynge elidatur, neque & inspirationi locus detur. Recte autem motus icatus (640.) censetur, quo Natura, quod sy-  
nati pulmonum aerifero, seu mole, seu acritate, immodat, vehementi spiritus excussione everrere itur. Hinc & voluntate cieri potest.

69. Irritamenta adeo tussis sunt, quæcunque pul-  
i, bronchiis, asperæ arteriæ, laryngi, mole-  
n creant actione quavis mechanica, physica,  
nica: aer vitiosus; ingesta calore, frigore, acri-  
ne, asperitate, nocentia; aliena in laryngem  
pta (604.): materies acris in eum aut vicinas  
es destillatio; muci has partes lubricantis abun-  
ia, crassities, corruptio; sanguis, serum, pus,  
hic collecta; inflammatio, erysipelas, aphthæ,  
themata, exulceratio, tum pleraque vitia or-  
rum spiritalium, supra (675.) enumerata, quæ,  
nihil, quod screatu ejici possit, habent; sola,  
a inferunt, spirandi difficultate Naturam ad  
tussien.

tussiendum sollicitant: quo si obstaculum vincere nequeat, moliatur tamen, saltem trajectum sanguini expediat. Procliviores autem sunt, quibus interius fistulæ pulmonalis membrana ob muci defectum, sic citatem, tensionem, aliasve causas, justo sensu lior est.

770. Consensione etiam tussis oritur, cum partium aliarum labes aut stimulo, aut translata materi morbosa, systema respirationis afficit. Unde frequenter est in variis primarum viarum, hepatis, splenis, pancreatis, testium, parotidum, dentium, aurium cerebri, nervorum, cutis, &c. affectibus.

771. Quocirca liquet, quænam tussis dicatur humida, sicca, convulsiva, idiopathica, sympathica, ferina, catarrhalis, stomachica, &c. Nec latet origo innumerarum noxarum, quas vehementior, aut diutius protracta, inducit: etenim validis crebrisque pulmonum, viscerum abdominalium, ac universi corporis, concussibus, interrupta inspiratione, commota sanguine, impedito ejusdem per pulmones transitu æquabili, musculis respiratoriis perpetuo irritatis, inordinate agitatis, oportet nasci defatigationem, coctionem alimenti vitiatam, vomitum, hernias, abortum, congestionem humorum in capite, vasculorum pulmonalium debilitatem, sanguinis eruptiones, convulsiones universales, suffocationem, & quæ ex his sequuntur, mala infinita.

772. Sternutatio quoque huc referenda est, haud absimilis convulsivi motus species, quæ aerem, magna prius copia inspiratum, unico exspirationis fortissimæ, sonoræ, impetu, per narum orisque meatus expellit. Spiritus ita, vehementer illis membraæ has cavitates succingenti, superficiem hujus verrit, abstergit, expresso humore irrigat, proluitque; ut, quæ molesta sunt, amoveantur; expurgentur. Salutaris igitur conatus irritamentis narium,

fau-

icium, oculorum, supervenit, multisque adeo istan partium morbis. Nascitur &, spasmorum mo-  
(744.), ex causis magis universalibus, aut quan-  
a naribus remotior sedes est, præsertim in ho-  
nibus irritabilitatis naturæ (190. 745.). Nec ubi-  
e tamen utilis, cum amoliri stimulum nequit,  
ni concusso fatigans, haud minus, quam rufsis  
71.), vehementer nocet.

773. Risus quum convulsio sit musculorum respi-  
riorum, quæ spiritum cohibitum citissimum, mini-  
reciprocis concussibus, veluti tremulis, in syste-  
te aerifero agitat, protractaque adeo exspiratio-  
nem plenam suspendit, inter symptomata æque, ac  
r potentias nocentes (521.), locum meretur.  
cudit enim, & invita mente, ex stimulis corpo-  
, qui diaphragma, & cum hoc conspirantes ab-  
tinis musculos, ceteraque respirationis organa,  
musculos faciei, proxime vel per consensum, com-  
vent. Unde primario quidem diaphragmatis,  
& ventriculi, splenis, uteri, affectiones, &  
sensorium commune turbant, febriles aliquosque  
us quandoque comitatur, hypochondriacis, hy-  
cisis, maniacis, phreniticis, &c. familiare malum.  
elligitur hinc affinis risui fletus morbosus, cuius  
uens est cum illo commutatio.

74. Suspirium, adjumento musculorum volunta-  
m, profundissime ad imum usque pectus per-  
it spiritum, solitoque fortius rursum expellit.  
magno longoque respirationis tractu Natura vi-  
aeris beneficium adauget, æstui suffocanti re-  
rium, circuitui pulmonali incitamentum, spi-  
ri difficultati remedium, anxietati levamen quæ-  
Causæ hinc sunt, quæcunque angorem inducunt  
. ad 691.).

75. Oscitatio sat similis est suspirio (774.) in-  
tio, vehementior tamen, & intensiore gradu.

plerumque iterata, nec nisi per patentissimum oris meatum aera trahens, junctamque ideo habet violentam illorum muscularum contractionem, qui maxillas, rictum oris, labia, diducendo, isthmum faucium glottidemque dilatando, amplissimum simus proximumque externo aeri introitum parare queant. Auxiliare igitur symptoma (98. 101.), solius Naturæ actio, suspirio etiam beneficentior, uti torpentibus, ceterum sanis, salutari fine accidit, ita ægris quoque, quorum vires ob nervei systematis vitia aut inertiam circuitus vitalis, elanguescunt; frequenter propterea in febrium insultibus, affectionibus hysteriacis, hypochondriacis, soporosis, chronicis.

776. Comes huic (775.) sæpiissime pandiculatio quæ spiritu diutissime cohibito, nixuque per universos musculos diffuso, artus corporis omnes vehementer distendit, ejusdem generis est, torporis non sequela modo, sed naturale etiam remedium.

### *Symptomata motus Cordis.*

777. PALPITATIO cordis ponit convulsivas ejus contractiones, quæ vehementi ad partes vicinas illum naturalem longe superant. Spasmodicæ igitur affectionis naturam habet, & ex (743. & seqq.) intelligitur. In summo autem vis vitalis, quæ cor præ ceteris indita est, gradu (175.) occasiones hujus vitii quam plurimæ sunt. Magnæ nervosi genera turbæ in hysteriacis, hypochondriacis, irritabilibus turbæ item in systemate circulationis, sive primario, seu ex prioribus, aut aliunde natæ, ad cor undeque deductæ; fortiora quælibet cordis irritamenta aut & impedimenta, quæ legitimæ sanguinis admissioni vel expulsioni vehementer resistunt. Nascitur ideo ex violentis animi pathematibus, subit terrore, venere immodica, nimia corporis mentis exercitatione, spasmis aliarum partium, doloribus anxie-

nxietate , motibus febrilibus , humorum abundantia ,  
nopia , lentore , acritate varia , materie scorbutica ,  
trabilaria , arthritica , scabiosa , ulcerosa , cancrosa ,  
irulenta , suppressis quibuscumque excretionibus ; tum  
x a multiplici respirationis difficultate (765.) , qua  
anguis ægre per pulmones trajicitur , a varia quo-  
ue labe viscerum abdominalium , crudis , acribus ,  
orruptis , aere , vermibus , heterogeneis , obstructio-  
e , inflammatione , ulcere , compressione , distensio-  
e , irritatione , male habentium ; denique & ab  
pso corde , auriculis , vasis ejus majoribus , pericar-  
io , inflammatione , ulcere , aneurismate , polypo ,  
ermibus , pilis , calculo , hydrope , ecchymosi , ex-  
rescentia , texturæ degeneratione ossea , cartilaginea ,  
angustatione quavis , præter naturam affectis . Li-  
quet autem facile , pleraque istorum etiam pluribus  
nodis eo conferre , atque alia aliis frequenter sese  
ad jungere , neque pauca esse , quæ , suo quidem ju-  
re inter causas hujus symptomatis relata , sæpiuscum  
tamen ejusdem potius sequelæ sint , suaque dein  
cessione in causas veluti post natas mutentur . De-  
nique & scire juvat , malum , per intervalla recur-  
ens , iis potissimum ingravescere , quæ impetu ma-  
ore sanguinem versus cor adigunt .

778. Cordis tremor , sive levior fuerit palpitatio-  
nis gradus , seu virium imbecillitati debeatur , ex  
ante dictis (757. 777.) cognoscitur . Reliquæ porro  
motionum cordis anomaliæ quum sese magis in pul-  
su arteriarum manifestent , aptius ad istum titulum  
relegantur .

### *Symptomata Pulsus Arteriarum .*

779. Pulsus oritur , sicubi sanguis , vi cordis in  
arterias actus , harum parietes extrorsum urget , di-  
stendit . Ut vero apposite ad sanitatis leges fiat ,  
requiritur cor efficax , legitima sanguinis copia &

P 2 fluor ,

fluor, arteria contractilis, expansilis, via circulationis libera. In horum igitur vitiositatibus quærenda erit ratio alienationum, quæ pulsui in ægris accidunt. Hæ tamen cum valde multiplices sint, & subtilius etiam, quam utilius, a Veteribus interstinctæ, omissis, quæ exigui sunt momenti, aut intellectu faciles, præcipuas modo exponemus.

780. Crebrior pulsus, pro ætate, sexu, temperie, varioque rerum non naturalium usu æstimandus, si in universum obtinet, frequentiorem ponit cordis contractionem, hujusque adeo causis debetur. Huc referantur quæcunque cordis irritamenta; sive ejusmodi fuerint, quæ venosi sanguinis affluxus augeant; seu quæ acritate stimulent; aut quovis modo cordis actioni obnitantur. Quæ quidem omnia tanto valentiora sunt, ubi cor ipsum quoque præter modum irritabile est. Magna insuper ejusdem cum toto corpore consensio facit, ut turbulentæ etiam aliarum partium, in genere potissimum nervoso, agitationes facile eo deferantur. Hinc pleraque, quibus cor ad palpitandum cietur (777.), hic pariter locupi habent, innumerosque ideo morbos, maxime tamen omne febrium genus, comitatur pulsus frequentia, saepè salutaris, activis certe symptomatis (101.) annumeranda. An autem & topica datur in singulari systematis arteriosi parte? Dabitur, si vera febris particularis; neque tum a corde incitato tantum repetenda. Rarioris pulsus natura ex his facile perspicitur.

781. Arcteria, iectu majore, quam dilatatione, micans, durum pulsare dicitur. Id sit, cum sanguis valida quidem & citiore cordis contractione impingitur, nec pro ratione tamen expandere canalem potest. Subest itaque aut vitium in tunicis arteriæ, ob siccitatem, rigiditatem, spasmodum, minus obsequiosis; aut morbus cavitatis ultra modum di-

entæ a sanguine copioso, rarefacto, spisso, vel obneditum transfluxum accumulato. Unde liquet, ut pulsus durus adeo frequens in morbis inflammatoriis? Nec latet ratio pulsus mollis.

782. Pulsus intermitit vitio multiplice, graviore, leviore, universali, particulari. Etenim cordis contractio, in modum spasmi (748.), diutius continua; ejusdem torpor (196. 755.), aut contractio inefficax; minore tum vi, tum copia, sanguinem in arterias projiciens; influxus sanguinis venosi in or parcius, inordinatus vel nullus; arteriosi fluxus inaequalis, impeditior, interruptus; arteriarum va- a labes, receptioni, trajectui sanguinis, motui tuncarum systolico & diastolico, resistens, huc sanguis. His autem producendis innumera apta sunt: cordis partiumque eo pertinentium affectiones topice, inflammatio, aneurisma, polypus, calculus, ermes, concretio, induratio, hydrops, &c. (777.); arteriarum similia vitia; magna respirationis impe- menta (765.); sanguinis abundantia, inopia; ca- schymia viscida, acris varia; primarum viarum urbae in vomitu, cholera, alvi profluviis, vermis, spasmis, doloribus, &c.; denique & nervosi eneris mala in viscera vitalia ac sistema circula- onis diffusa, virtute vitali aut torpente (96.), aut imis irritabili (190.).

783. Imminuti & deleti pulsus variii memorantur radus, pro consecutionum, quas infert, numero intensitate diversis. Εκλεῖς dicitur defectus le- or, pallorem inducens, calore tamen, sensu mo- que superstite. Λατοθυνία, cum pallori & mo- sis animalis impotentia accedit. Λεπόνυχία prioti- is auctis etiam superaddit caloris nativi extinctio- em. Συγκότη, una cum motu sensuque fere solitis, frigus universale, sudoremque frigidum in- cit. Αρρενεία denique, deletis omnibus vitæ in-

## 230 SYMPTOM. PULSUS ARTERIAR.

diciis, accedente etiam *απνοίᾳ* (767.), mortis imago in ita refert, ut merito nonnunquam dubitetur, vitamne an mortem prædicare fas sit. Quum vero universalis, qui comitatur, virium lapsus doceat, vitalem sanguinis circuitum pariter cum pulsu deficere; liquet hæc vitia cordis deliquio deberi, iisque adeo causis nasci, quæ hoc inducere valeant. Hujusmodi sunt vehementes animi affectus, idea rei horridæ, odor infestus, in hystericis, hypocondriacis, gravidis, puerperis, inedia, pervigilio, labore, morbo gravi, exhaustis, irritabilibus, aeris insalubritas varia, miasmata, veneta, medicamenta draistica, vermes, alimenta pravi succi, cacochymia putrida, scorbutica, atrabilaria &c. materies morbosa partes vitales, nervos, graviter afficiens; inde & sævus dolor, anxietas, æstus ingens, spasmæ; tam magna, subita, inanitio, nimia liquidæ vitalis a corde & encephalo derivatio, parciore aut interceptus ad has partes affluxus, per eas transfluxus; adeoque encephali, cordis, pulmonum, multivariæ affectiones, memoratis (782.) similes. His quippe potentissimæ aut sanguinis venosi in cordis cava influxus suspenditur, aut ipsa cordis virtus muscularis enervatur. Utraque autem noxa cor quiescere, hinc circulationem deficere oportet.

784. Quodsi arteria singularis pulsare desierit, maiori minus periculoso ratio ex (779. 782. 783.) facile invenitur: unius & ceterarum pulsus alienationum, quæ vel in singulis seorsim, vel in plurimum consequentium serie, reapse observantur; quales sunt magnus, parvus, validus, debilis, varia ratione irregularis, undofus, vermicularis, formicans, serratus, dicrotus, caprizans, vacillans, myurus, intercidens, &c. Generatim quidem notari meretur, vix aliam dari potentiam, quæ in perturbando pulsu plus valeat, quam spasmos (742.), magnamque ideo par-

n id genus vitiositatum ab his repetendam esse. Especialior tamen hujus materiae expositio , cum ad diuinoticam Pathologicam (16.II.) pertineat , non non est instituti .

*Symptomata actionum naturalium.*

785. SYSTEMA naturale , humani corporis conservationi dicatum , etsi vitali animalique minus nomine habeatur , utilitate tamen & necessitudine haud ferius est ; quando vix aut perparum est , quod non durabile est . Multitudine autem ac diversitate in organorum , tum effectuum , quos edit , etiam cibis suis ferme antecellit . Ingens ergo numerus sionum , quæ hic fieri possunt , ordinatam exigit retractationem .

*Appetituum naturalium læsiones .*

786. Ut nutrimenti materies , cum opus est , a vis intromittatur , suos quoque ista officina nacta sensus (669.) , qui de penuria moneant hominem , compellantque ad victimum procurandum . Infames & sitis naturalis , hæc potum , illa cibum , ateriem firmis perinde , atque humoribus , necessariam , desiderans . Utriusque suus est in sanitate odus , sua in ægrotis vitia .

787. Edendi cupiditas , valde diversa in sanis , ultifariam quoque per morbos laborat . Augetur im præter modum in bulimo , fame canina , lupit : imminuitur , aut plane aboletur in δυσόρεξια , ὑπεξία , ἀποστιξία : depravatur in κίττα , pica , alacia .

788. Fames aucta vel vacuitati debetur , quæ refectionem , vel acriori stimulo , qui mitigationem ab gesto alimento exspectat . Quamobrem inedia , mortali animali , immodica perspiratione , sudore , alvi et fluvio , aliis excretionibus , lactatione , morbis ,

exhaustos, vermibus obnoxios, aut quibus acre acidum, salinum, biliosum, atrabilarium, in ventriculo est, vexat, accedente præsertim animi impotentia, imaginatione mobili, sensibilitate nimia, irritabilitate, in junioribus, feminis, hystericis, hypochondriacis, epilepticis. Bulimus dicitur, cum esuriem non satiatam animi deliquium sequitur: fames canina, ubi voracius ingestā cito revomuntur: si vero celeriter ano rufus expelluntur, nonnulli lupinam vocant.

789. Appetitus vario gradu prosternitur vitio ventriculi, pituita, saburra, terreis, alienis, corruptis, onetati, inflammati, ulcerosi, scirrhosi, callosi, aphtosi, atonia (752.), motibus inordinatis (743.), vel ob propriam affectionem, vel per consensionem, laborantis; menstruorum item primæ digestionis, salivæ, bilis defectu, inertia aquosa, mucosa, degeneratione varia; labe quoque corporis nimio plus repleti humoribus bonis, pravis, ob vitam desidem, somnolentam, circuitum languentem, evacuationes suppressas; turbis nervi systematis patheticis, spasmodicis, deliriosis, &c. sensum naturalem obtundentibus; Natura denique graviore malo, acuto, chronicō, impedita, oppressa, exhausta, ut curam sufficiendæ coctionis abjiciat. Prout igitur innumerosum morborum comes hoc symptoma est; ita liquet alias propter coctionis impedimenta nasci, alias ex eo, quod corpus non indigeat alimento, alias ob suppressam stimuli naturalis perceptionem; quæ quidem rite perpensa ostendunt, ab inedia, anorexiæ pedissequa, non continuo tot tantasque noxas ægris perinde, ac sanis famelicis (452. 453.), timendas esse.

790. Fastidium cibi, ἀποστία, easdem (789.), sed graviores, agnoscit causas. Putror, rancor, ventriculum inquinans; hujus nimia sensilitas, irritabilitas,

litas, imbecillitas, dolori, anxietati, spasmo, iusez, vomitioni, ab ingestis obnoxia; tum & hantasiæ errores, hinc maxime spectentur. Cibi singularis aversatio, ex morbo nata, plerumque Naturæ vox (643.) est, cui obtemperandum.

791. Malaciæ, quæ cum fastidio aliorum ciborum incitam ponit appetentiam vix superabilem ac vocitatem ad certum edulii genus determinatam; s' picæ, quæ absurdæ quoque, inusitata, nec esuota, quin horribilia, concupiscit ac avide devorit, haud absimile est ingenium. Tametsi enim & tium imaginationis subesse possit; sæpiissime tamen, quæ appetuntur, pro remedio sunt, quo aut orrigatur, quod intus est noxium, aut turbis ex temperantia concitatis ejiciatur, aut succi alibilis copia plus satis onerosæ humorum copiæ, ne vel alimento magis augescat, occurratur.

792. Sitis, quam indicandæ potus necessitati præcit Natura, in morbis solito plus urget, quoties tractus superior primarum viarum, istius sensationis sedes, aut cum hoc etiam corpus reliquum, amictatione indiget, qua vel deficiens humor supereatur, vel spissior diluatur, vel acrior temperr, hinc firmis partibus mollitudo, canalibus meallitas, transfluxuris libertas restituatur. Inde immodica humorum dissipatio, evacuatio, spissitudo, mphæ extra vias circulationis derivatio, collectio, inimorum vasculorum obstrucio, spasmodica contractio, compressio, acritas muriatica, ammonialis, alcalina, spirituosa, aromaticæ, putrida, bisosa, rancida, adusta, virulenta, in febribus, alvi & fluiis, diabete &c. morbis inflammatoriis, putredinis, putridis, biliosis, catarrhosis, exanthematis, spasmodicis, hydrope, scorbuto, rhachitide, ultis aliis, sitim creant; quæ tamen utrum ad um modo sensorium, an vero ad universum corpus petineat, probe distinguendum.

793. Carentia igitur sitis in morbis, natura sua siticulosis, etiam morbosa est, ponitque sitis officinam (792.) tussi, aut ptyalismo, jugiter humectari, aut resolutis nervis sensu privari, aut mentem alienatam esse.

*Actiones lœse primarum viarum.*

794. MANDUCTIONIS uti plurima sunt cum instrumenta, tum potentiaz ac conditiones, sine quibus recte perfici nequit; ita multis diversisque multarum partium viriis diversimode lœditur. Hujus generis sunt oris, labiorum, buccarum, linguæ, vulnus, inflammatio, ulcus, excoriatio, tumor, αγκυλόγλωσσον (223.), mutilatio, &c. dentium defectus, infirmitas, dolor; mandibularum fractura, luxatio, caries, αγκύλωσις; muscularum istas partes moventium spasmus, paralysis, dolor, &c. salivæ denique defectus.

795. Deglutitionis etiam plures sunt lœsiones. Aut enim iteratis crebro nixibus incassum fatigat, aut dolet & laboriosa est, aut potionem duntaxat, non item offas, aut has modo, nec illam, transmittit, caduntve in asperam arteriam deglutienda, aut per os naresve redeunt. Multiformis vitii sedes quærenda in lingua, palato, tonsillis, uvula, pharynge, larynge, œsophago, ventriculo, maxillis, vertebris vicinis, muscularis harum partium, dolore, vulnere, inflammatione, excoriatione, ulcere, tumore, luxatione, fractura, carie, mala conformatio, spasio, paralyſi, angustatione varia (209.), siccitate, affectis. Inde enim aut impediti materiae deglutiendæ meatum, aut legitimam potentiarum motricium actionem, directionem, deficere necessum est.

796. Singultienti videtur momentanea convulsione concutti stomachus & proximum huic diaphragma,

, cui juncta simul glottidis constrictio faciat , subito inspiratus aer sonum cieat . Singultus igit , spasmis annumerandus , easdem quoque agnoscas (743 & seq.) ; sed quæ œsophagum , ventriculum , aut diaphragma , proprius , seu aliunde per insensionem , efficiant : uti sunt avida ingurgitatio et siccioris , asperæ , haustusve grandioris , acrio , modica ventriculi repletio aut irritatio ab acrio , potu , medicamento , veneno , vermisbus , pergrinis , materie corrupta , acida , biliosa , putrida , acida , contagiosa , arthritica , catarrhosa , ulcerosa , cancroso , sphacelosa , ibidem nata , aut ex aliis partibus eo delata ; susceptum ad *καρδίαν* frigus ; ophagi , ventriculi , vulnus , inflammatio , erysipelas , exanthemata , ulcus , excoriatio , &c. diaphragmitis inflammatio , vulnus , contusio , intensior per am fletumve agitatio ; costarum inferiorum , verbrarum vicinarum , cartilaginis ensiformis , fractura , luxatio , distorsio ; intestinorum quoque , mesenterii , hepatis , splenis , pancreatis , uteri , &c. affectus inflammatorii , dolorosi , spasmodici ; turbæ deque vehementes nervosi generis ob animi pathemata , evacuationes quascunque nimias , encephali lassines , motus febriles , molimina critica , &c. Quo rca patet , alias materiem subesse , quam Natura inoptomate auxiliari excutere conetur ; alias noxious motibus salubre nihil intendi . Quando autem nœta cum stomachi , tum septi transversi , convulsio hic datur , an non & levior habetur species , quæ alterutram modo partem pertineat ?

797. Vomitus est eorum , quæ cavo ventriculi continentur , aut ex vicinis visceribus illuc congentur , violenta & fastidiosa per guttur superius exsilio . Hanc efficiunt motus spasmodici faicum , ophagi , ventriculi , intestinorum , diaphragmatis , muscularum abdominalium , in molimen laboris an-

gorisque plenum modo mirabili conspirantes. Facit autem eximia ventriculi mobilitas (175.), amplissimisque cum corpore universo consensus, ut irritamenta ad vomitum pene innumera sint, aliaque domestica huic visceri, alia extranea. Ad priora referre licet, quæcunque mole, pondere, tenacitate, acrimonia, impedito per pylorum trajectu, fibras ventriculi lacerant: tum & , quæ irritabilitatem (190.) inducunt, vitia ejusdem topica. Posterioris generis sunt affectiones partium quoquo modo consentientium, tam vicinarum, quam remotiorum, faucium, œsophagi, diaphragmatis, hepatis, vesiculæ fellis, splenis, mesenterii, pancreatis, intestinorum, omenti, peritonæi, renum, ureterum, vesicæ urinariæ, uteri, encephali, sensorii communis, nervorum. Præcipua igitur inter causas singulatus (796.) modo enumerata sunt, vomitusque itidem datur idiopathicus, sympatheticus, cum materie & sine ea. Quum vero intensitatis gradu inter se discrepent vomitiones, credibile quoque est, non omnium, quas supra diximus, partium nixus spasmodicos semper illuc requiri, litemque adeo dissentientium super hac re Autorum componi posse. Nausea, quæ fastidiosa est ventriculi commotio, vomitum intentans, iisdem, sed lenioribus causis debetur: uri & materiæ ventriculo contentæ eructatio.

798. Aer, aut huic similis spiritus elasticus, cavo primarum viarum oberrans, ructibus flatibusque, qui hanc officinam maxime infestant, materiem dat; quæ huic aut a foris invehitur, aut intus ex ingestis, indigenisve, effervescentia, fermentatione, putredine, calore, motu inordinato, evolvitur. Hæc ubi collapsu, convolutione, compressione, spasmodica præsertim constrictione gulæ, stomachi, pylori, intestinorum, coercita aliquamdiu, novis interim copiis

te auēta, aut in majus volumen dilatata, parietes  
ustri sui urgens, ab his vicissim repressa, tandem  
erata, impetum concipit datoque exitu sursum, deor-  
o, prorumpit, aut loco saltem mota, per tubum ali-  
ntarem vagatur, ructus, fatus, crepitus, bor-  
ygmi, nascuntur. Augere propulsionem volun-  
ii diaphragmatis & muscularum abdominalium  
us quoque possunt. Inde uti pro vario impetu  
ta aut sonora sit explosio; ita, quod prodit,  
ulentum pro diversitate materiæ, quam una ra-  
, aut somnis, unde oritur, siccum, humidum,  
dum, putridum, rancidum, biliosum, &c. esse  
et. Ingesta igitur cruda, flatulenta, ferventia,  
ia, titulo cibi, potus, medicamenti, veneni,  
a coctionis, putror in primis viis undecunquœ  
us, vermes, motus inordinati, spasmодici, ho-  
n viscerum, ex animi pathemate, affectione car-  
gica, iliaca, colica, hysterica, hypochondriaca,  
leptica, alvi profluviis, cholera, vomitu, hæ-  
rragiis, vulneribus, febribus, &c. quin & im-  
imenta liberi trajectus ex obstructione, obstipa-  
ne, compressione, &c. hoc faciunt, sive fla-  
sum elasticum subministrandum, seu prohiben-  
t, ne tranquille ire, redire, exhalare, absorberi-  
queat.

799. Alvis adstricta, et si plerumque robustam no-  
sanitatem, excessu tamen ægris sæpiissime mo-  
ra est, morbosque non minus intendit, quam  
at (558.). Causas habet aut insuperabilem ma-  
x resistentiam, aut impedimenta trajectus, aut  
um in viribus motricibus. Nascitur ergo a fe-  
siccione, compacta, dura, copiosa, picea;  
si lubricantis defectu aut tenacitate; intesti-  
obstructione, obstipatione, compressione, spas-  
, concretione, intus susceptione (247.), con-  
ione (256.), imperviis, in motum retrogra-  
dum

dum actis, nimia dilatatione infirmatis, resolutis, perforatis, dissectis; bilis absentia, inertia; motus animalis defectu; diaphragmatis & muscularum abdominalium actione languente, aut impedito nixu.

800. Ileus, volvulus, in quo pertinaciter occulæ atvo violenta accedit vomitio quorumcunque tubi alimentaris contentorum, etiam scybalorum, clysmatum, suppositoriorum, ano immissorum, ex (797. 799.) intelligitur. Ponit enim fere obstaculum in canali intestinali ab inflammatione, abscessu, scirro, cancro, calculo, fecedura, vermis, hernia, contorsione, susceptione, compressione, concretione, convulsione, natum, quo transitus devolvendæ materiæ intercipitur: simulque supervenientes motus spasmodicos illarum partium, quæ ad vomitum faciunt, sursum directos.

801. Diarrhoea, ventris profluviū, est frequens & copiosa materiæ liquidæ per alvum excretio. Ingesta, magna succorum, qui secundum naturam in primas vias assidue feruntur, copia, late patens ventris cum reliquo corpore commercium, quo fit, ut ex omni parte huc deveni multivarii humores queant, materiem exhibent & abundantem & diversissimam, unde tum stupendæ profusionis ratio inveniri, tum præcipuae hujus symptomatis differentiæ constitui possint. Datæ materiæ expulsionem facit motus intestinalis inordinatus & citior, qui & obstat, nec ora meatuum bibula liquorem, ut decet, absorbeant. Irritabilitas ideo intestinalis præprimis huc confert, & quidquid hanc aut mole distendente, aut acrimonia lœdente, aut turbis aliunde inventis, lacessere potest: excedens cibi potusve copia; flatulenta, acria ingesta, aut intus nata; impetus humorum major in primas vias versus: aliarum excretionum, maxime cutaneæ, suppressio; absorptionis impedimenta ob scula

la aphthis, pustulis, sordibus, spasmo, occlusa, mesenterii obstrukciones; bilis acrior, atra bit, serum hydropicum, materies febrilis, inflamatoria, purulenta, ichorosa, putrida,癌性(cancrof), arrhalis, contagiosa, scorbutica, arthritica, unde que huc delata; nervosi generis commotio ab mi pathemate, frigore suscepto, dentitione, puerio, affectibus hysteris, dolorosis, convulsivis,

802. Dysenteria, intestinorum difficultas, diarrhea dicitur vehementi dolore ac torminibus mole. Dejiciuntur liquida, acria, putrida, fœtida, guis, pus, sanies, bilis, serum, mucus, atra bimodo cum stercore liquato, interdum & cum unculis, membranis, &c. Subest igitur aut prius suis causis nata, aut acritudine permeantis mæiæ post inducta, intestinorum inflammatio, excito, exulceratio. Fontem vero acrum haud miss multiplicem esse, quam valde diversam naturam, (801.) facile innotescit.

803. Tenesmus, qui frequens est & implacabilis sidendi cupiditas, nixu majore, quam qui mate excernendæ moli respondeat, aliquid pituitæ, aoris, puris, saniei, bilis, stercoris &c. expriens, dysenteriam sæpe comitatur. Fit autem, in imo intestini recti sedes, cui sensum urgentis Natura indidit, immodice irritatur. Unde acria ævis, abstergentia, rodentia, tum quæ duritie defricant, aut acumine lædunt, aliena quæque, a calculi, vermes, undecunque huc devecta, in ipsa esse possunt; maxime tamen affectæ partis inflammatione, excoriatione, erysipelate, fistula, inere, hæmorrhoidibus, nimia sensilitas, quæ si oribus accedit, tormentum quoque intenditur. In & consensione id malum supervenit variis vœc urinariæ, urethræ, perinæi, intestinorum, ute-  
ti,

ri, vaginæ, vitiis ac nervosi systematis turbis.

804. Lienteria, lœvitas intestinorum, adest, cum iagesta tam celeriter per primas vias ad anum delata foras ejiciuntur, ut nec coctionem, nec corruptionem, exspectent. Causas habet ventriculi & intestinorum inertiam ad coquendum, cum nimia irritabilitate (190.) conjunctam, pylori laxitatem, impeditam vasculorum absorbentium actionem (801.). Refectionis autem inopia ægrum aut trahit, aut præcipitat.

805. Fluor cœliacus, chylosus, levior lienteriæ (804.) species, succum alimenti utilem, utcunque coctum, una cum fece, ano exturbat. Integris igitur ventriculi viribus, in solis intestinis vitium subsistit, quo & celerius, quam par est, contenta deorsum propellant, & materiem chylosam fugere nequeant, labe vel ad oscula vasorum absorbentium, vel altius, hærente (801.).

806. Cholera est tumultuosa primarum viarum agitatio, qua, quidquid continent, sursum deorsumque violenter ejicitur. Malum stomachi atque intestinorum commune, ex vomitu ac diarrhoea compositum, similibus etiam motibus spasmodicis (797. 801.) debetur. Hos vero crient innumera: cibi potusque copiæ, acritate, flatulentia, fermentatione, pinguitudine, corruptione, refrigeratione, gravantes, stimulantes; hinc saburra acida, putrida, rancida, biliosa, verminosa, diætæ erroribus contraria: medicamenta draſtica, emetica, purgantia, mercurialia; venena; bilis exundans; atra bilis turgens; materies rheumatica, arthritica, febrilis, scorbutica, sudoris, perspirationis, menstruorum suppressorum, exanthematum repulſorum, huc conversa; turbæ ab æstu subitissime aeris mutationibus, animi motibus, graviditate, dentitione, dolore, malo hysterico, hypochondriaco, concitatæ.

807. Cholera, diarrhoea, dysenteria, quas siccas  
cant; quia flatulentum potius, quam humidum  
, quod excernitur; ex dictis (798.) intelliguntur.

808. Contingit etiam ægris insciis aut invitis ster-  
elabi: quæ alvi incontinentia est, morbisque  
iriosis, spasmodicis, paralyticis, aut singularibus  
incteris ani vitiis supervenit.

809. Quando autem fex alvina de urethra, peri-  
o, vulva, aut sede quavis alia ventris pelvisve,  
eter anum, excernitur, id fit vulnere, ulcere,  
ula, vel prava conformatio, quæ contentis in-  
inorum alienam viam pandant.

*Vitia Mictionis.*

310. LOTII, quod intra vesicam est, excretio  
primitur multiplici vesicæ, aut urethræ, affectio-  
quæ aut vim expellentem tollat, aut impedi-  
meatu effluxioni obstat. Hujusmodi sunt innu-  
ra: vesicæ, colli vesicæ, inflammatio; hujus  
smus; fibrarum illius muscularium ad contractio-  
n efficacem impotentia ob immodicam a lotio-  
ento distensionem, ευρυσμα (203. 1.), herniam  
8.), rupturam, vulnus, gangrænam, nervorum  
medullæ spinalis læsionibus resolutionem, mem-  
nas ulceræ, pustulis, tuberculis, crusta calculo-  
callo, fungo, aliote tumore obsestas; meatus  
arii inflammatio; spasmodica constrictio; obstru-  
a calculo, pituita, grumo, pure, verme, &c.  
9. 1.); obstopatio a callo, cicatrice, fungo, tu-  
culo, tumore glandularum mucipararum, carun-  
e seminalis, varicibus, pustulis, &c. (209. 2.);  
apfus (ibid. 4.); coalitus (ibid. 6.); distorsio.  
e tamen origo mali vicinis modo partibus de-  
ar; uti cum rectum intestinum dura fece, flatu,  
ore hæmorrhoidum, inflammatione, abscessu tur-  
; uterus fœtu, sanguine, sero, aere, distenditur;

Q

aut

aut scirrho, cancro, osteogenia, prolapsu, laborat; aut in vulva, perinæo, prostata, vesiculis seminalibus, musculis vicinis, cole, hujusve præputio, ejusmodi vitia insunt, quæ collum vesicæ vel urethram comprimere queant. Atque hæc *ἰσχυρεῖα* est, quam hodie veram vocant,

811. Est & alia, notha dicta, in qua lotium excerni nequit, quia nihil ejus intra vesicam confluit, vitio renum aut ureterum, quod vel secretionem suspendit, vel, ne ad vesicam perveniant, impedit. Igitur sanguis copia, spissitudine glutinosa, phlogistica, atrabilaria, peccans, vasa sua distendens, obstruens, vicina comprimens, aut vasis elapsus, in thrombus coactus, inflammatio, abscessus, scirrus, tabes, spasmus ab acri huc delato, aut aliunde per consensum natus, obstructio a mucō, pure, sabulo, calculo, verine, torpor a contusione, distractione, gangræna, nervorum resolutione, compressio a variis partium adjacentium vitiis, in culpa esse solent; modo labes eadem, aut diversa, in utrumque renem, vel ureterem, una inciderit. Facit autem proximus istarum partium nexus, ac mutua actionum, quas exercent, conspiratio, ut altera alteram facile in mali communione pertrahat.

812. Cum moleste redditur urina, nec sine magno conatu, aut & cum dolore, hæc urinæ difficultas, *δυσηρία*, dicitur; quæ uti gradus quidam est ad ischuriam (810.), ita ex similibus vitiis, at levioribus, ortum habet. Si dolot abest, causa mali debetur aut spissitudini materiae, quæ expellitur, mucosæ, purulentæ, cruentæ, aut undecunque natæ meatus angustiæ, aut flaccidæ rigidæve virium expellentium inertiarum. Sin & una dolet mictio, acre subest lotium, acribusve alienis, vel asperis, mixtum, aut partium ex muci defectu, inflammatione, ulcere, nimia sensilitas.

813. Στραγγεπια ; tenesmo (803.) similis , est idua ad mejendum prioritatio , & conatus , quoniam parum modo lotii , & guttatum , plerumque in ardoris sensu , exprimitur : Causae ex (803. 2.) intelliguntur : Primariae sunt acrimonia urinaria multiplex ex cibo , potu , medicamentis , venenis , materie febrili , catarrhosa , arthritica , scorbutica , purulenta , ichorosa , aliave morbosa , in vesicula undecunque deposita ; calculus atterens ; mucus defectus aut acritudo ; vesicæ , urethrae , inflammationes , excoriatio ; ulcus ; spasmus ; consensio denique in intestino recto , ano , perinæo , utero , vaginæ , &c. diversimode affectis .

814. Urinæ incontinens dicitur , cui lotium in vesica cavo non moratur , sed sensim sine sensu & uero , sponte , jugi stillicidio , de urethra elabitur : arcum symptomata ponit facultatem , qua retinetur na , plane abolitam , atque adeo impotentiam figurum , quibus ostium vesicæ comprimitur . Hanc uocant paralysis , vulnus , contusio , dilatatio , ulcer , gangræna , calculus , vis in partu illata .

815. Altera hujus vitii species est , cum scientiam , at invito , lotium expellitur , nec pro necessitate retineri , cum urget , potest . Oritur ex urinacopiosiore , valde aquosa , aut præter modum ; vesica ob inflammationem , herpetem , ulcus , orationem , muci defectum , sensiliore , spastico tracta , rigente , propter impedimenta externa dilatabili , aut compressa ; ostii vesicæ relaxatio (814.) ; accedente nixu diaphragmatis & musculum abdominalium in vomitum ; tussi , risu , paroxysmi egestione , tenesmo . Nec obscura ratio , cui sequiori , pueris , senibus , crebrius accidat . Inligitur etiam involuntarium illud stillicidium , quod mictione superest , lotiique reliquias tardius ex-

cernit, senio familiare, resolutis, aut infirmatis, musculis acceleratoribus deberi.

816. Immodici urinæ profluvii, qui *Διαβήτης* vencatur, plures numerantur species, aliæ quidem aliis rariores, atque ob id haud æque certo ab omnibus agnitiæ. Etenim vel tenuis, aquæ, urina supra portionum modum mingitur; vel quod profuse excernitur, crassius est, turbidum, albidum, veluti chylosum; alias & sapore, odore, colore, melleo: quin perhibent, interdum, more lienteris (804.), potum, præ siti, avide magna copia hauustum, celerrimo per corpus, tanquam per siphonem, transitu, crudum, qualis sumptus est, ad vesicam defterri expellique. Inde distinctio in verum & spuriū diabetem, inque varios gradus. Origo quoque multum diversa. Aquosa humorum tenuitas (287. 454. 359.) spissitudo inflammatoria, atrabilaria (282. 284. 355. 361. 367.), mixtionem stabilem cum aquosis ægre admittens; crassamenti cum portione aquæ justo laxior cohæsio (319.) ; acrimonia attenuans, dissolvens colliquefaciens (228 ad 317.), multiplex; aquosa forte bilis inundatio (372.), mixtionisque hinc ac virtutis saponaceæ destructio; pinguedinis & gelatinæ nutrientis (376. 379.) in laticem aquosum degeneratio; magna laxitas vasculorum renalium; impetus humorum versus renes vehementior ob abusum diureticorum, veneris, suppressam excretionem cutaneam, habitum corporis exterum strictiorem, obstructiones aliorum viscerum, aut irritationem quamcumque attrahente, præcipue hoc faciunt. An etiam humor ex atmosphæra attractus stupendæ urinatum copiæ materiem quandoque suppeditat?

### *Vitia Excretionis Cutaneæ.*

817. SUDORIS magna profusio, quam nec intensior corporis exercitatio, aut animi motus, nec car-

externus, aut quæ ingesta sunt vel foris admō, creant, causas agnoscit spiraculorum cutis latem, circuitum sanguinis acceleratum, auctum sus superficiem impetum, aquosæ materiæ in hūbris abundantiam (287. 354. 359.), aut nimis ilem a crassamento lecessione (318. 319.). Un patet, quibusnam morbis, & quam diverso omni, supervenire soleat.

818. Singularium quoque sudorum, qui de aliqua odo parte corporis prodeunt, tum & calidi, fri di, tenuis, viscidi, diversimode colorati, sanguini, fœtidi, &c. ratio ex (817. 657. 658. 659. 401.) isque locis haud difficulter eruitur.

### *Symptomata functionum Sexus.*

819. NATURA, quæ singulis hominibus suam in servanda vita & sanitate operam præstat, erga manum genus quoque benefica, in propagationem speciei haud minore cura incumbit. Inde condita us diversitas, partiumque, quæ ad hunc perti nt, ac functionum, quibus suo quælibet modo ad oducendam prolem concurrunt. Videri quidem pos facultatem istam a ceteris ita sejunctam esse, ut in morbis considerari mereatur; quando nec vir ejus in omnem ætatem cadit, nec languor adeo instanter reliquam œconomiam turbat. At dantur non in hoc etiam sytemate vitia, quæ aut in se ipsis, ob actionis, quam lœdunt, dignitatem, momentosa censentur, aut quia aliorum morborum infecções sunt, noxasve aliis quoque functioni s inferunt, nequaquam prætermitti debent.

### *Sexus Virilis Actiones Læse.*

820. CUM vir ad arrigendum languidus aut im tens est, id sit vel facultatis, qua nervus inten ur, torpore, vel feminis, quod pro stimulo est,

Inopia, vappidave inertia . Utrumque vitium aut proprium modo est genitalibus, aut his aliounde per consensionem infertur, plurimisque & diversissimis nascitur causis, quæ facile ex (196. 198. 752. ad 755.) eruuntur, additis præsertim, quæ huc etiam facere queunt, tum instrumentariis, tum humorum, affectionibus ante expositis. Quum vero & imaginatio, & animi perturbationes, tantum hic valeant, nec quivis virium gradus ad hanc actionem sufficiat (819.); mirum non est, id symptoma permultis se se morbis adjungere.

821. Incidit & coles in oppositum violentæ tentiginis affectum, qui ubi citra veneris appetentiam est, priapismus dicitur; satyriasis, si cum inexplicabili salacitate: huic voluptas, illi dolor comes. Spasmis (743. 747.) annumerandum vitium, ut hi, aut idiopathicum est, aut sympatheticum, causisque similibus (744.) nascitur. Præcipuæ sunt liquoris seminalis abundantia, acritudo, virulentia genitalium inflammatio, exulceratio, irritatio a vicinis partibus, maxime vesica urinaria, ac intestino recto, inflammati, distentis, rosis, calculo at tritis, acri transeunte stimulatis; dolor podagræ, lumbagiris; morbi convulsivi; deliria lasciva.

822. Impotentia ad semen ejaculandum debetur aut hujus defectui, aut impedimento meatus, aut virtutis motricis imbecillitati. Fit igitur multiplex vitio organico testium, epididymidum, vasorum spermaticorum, deferentium, vesicularum seminalium, prostatae, urethræ, penis, scroti, inguinum: hisve integris, nervus languidior (820.), aut paralysis musculorum accelerotorum, cremastrorum, sphincteris ani, ceterorumque, qui huc forte faciunt, in culpa esse potest.

823. Incontinentia seminis laborant, quibus ad primam surgentis membra rigiditatem, aut per no-

cturnas

urnas ex imaginibus pollutiones, ejicitur, aut ci-  
a voluptatem effluit continuo stillicidio, miti,  
ri, virulento, in gonorrhœis. Semen copiosum,  
rgescens, tenuius, acre; genitalium major irri-  
bilitas, nimiaque ductuum laxitas, immoderatae  
neris, præcipue juvenalis, consecutiones (562.);  
stinentia nimia (563.); abusus aphrodisiacorum,  
ureticorum; virus venereum, id mali inducere  
ent.

*Sexus Fæminei Symptomata.*

824. MENSTRUA sanguinis per uterum evacua-  
> uti sexui sequiori, certa ætate, secundum na-  
ram accidit, ita cum non satis mature prove-  
t, aut citra graviditatem vel lactationem, ante  
nups, supprimitur, id præter naturam est, ac  
alitimodis sæpe nocet (565.). Consequitur au-  
n sanguinis ex prægressis evacuationibus, inedia,  
orbis gravioribus, inopiam, crassitudinem, iner-  
m aquosam, impuritatem scorbuticam, cachecti-  
m, quin & plethoram; solidæ compagis debili-  
tem aut rigiditatem nimiam; circuitum langui-  
orem, intensiorem, aut aliorum male directum;  
forumque abdominalium ex cacochylia, cacochy-  
a, infarctum; vasorum uterinorum torporem,  
strictionem, rigiditatem, coalitum, constrictio-  
m a spasmis, frigore suscepto, adstringentium  
usu, compressionem ab externis; impedimenta  
nique effluxionis multivaria ab ore uteri, vagi-  
meatu introituve, constrictis, obstrutis, com-  
pressis, coalitis, imperforatis. Imminutio aut tar-  
tio mensium haud absimiles causas agnoscit.

825. Immoderata contra profusio, suis quoque  
xis haud raro in junioribus, vetulis, nuptis, in-  
ptis, infesta, variis debetur cum sanguinis, tum-  
nalium uterinorum, vitiis: uti sunt sanguinis

abundantia, orgasmus, tenuitas, acritudo; motus incitator, ad genitalia maxime directus, redditus per venas ob spasmos, obstrunctiones, constrictiones, impeditior, vasorum debilitas, irritatio, erosio, ruptio, ex fotu suppeditaneorum, veneris abuso, crebra prægnatione, abortu, partu laborioso, contusione, ulcere, heterogeneis utero contentis, stimulis externis, &c. nata. Inde & quæ hæmorrhagiam uterinam pariunt, intelligere licet.

826. Quæ suppressa menstrua quandoque consequi, horumque vicaria esse solet, errans sanguinis per aliena loca evacuatio (401.) ex perversa motu humorum directione ac incongrua resistentiarum ratione nascitur, collatisque adeo (203. 2. 411. 824.) facile explicatur.

827. Mensium decoloratio, leucorrhœa, fluor albus, gonorrhœa in fœminis, vel cacochymiam consequuntur universalem, vel affectiones topicas genitalium, seri in his colluviem, contextum flacidum, vasa debilia; inertia, mensium vitia, acre catarrhosum, scorbuticum, purulentum, saniosum, virulentum, aliunde advectum, aut hic natum, veneris abusum, salacitatem cohibitam, irritamenta quævis intetna, externa, quæ affluxum ad has partes intendunt, aut & impedimenta, quæ refluxi obstant.

828. Sterilitatem morbosam hæc inferre apta: pudendorum, vulvæ, vaginæ, uteri, morbi angustiæ & vitia organica, ob quæ vir admitti nequit: uteri, tubarum, ovarii, ovulorum, compressio, obstructio, concretio, hydrops, ulcus, scirthus, marcor, exsiccatio, induratio, relaxatio, inviscatio, conformatio perversa, defectus, & similia, quibus fit, ut semen masculinum rite recipi, subire, retineri, quo decet, permeare, suamque vim exferere, aut fœmina, quod suum est, conferre  
haud

ud possit : inde & menstruorum vitiostates fluo-  
que incruenti (824. ad 827.), venus immoder-  
a, intemperies frigidior, torpor (196.), irrita-  
itas enormis (190.), cacochymia aquosa, glu-  
osa, acida (283. 287. 307.), cachexia, obesi-  
(394.), humorum inopia (393.), firmior  
corporis constitutio in viraginibus, & multa alia  
c faciunt.

829. Prægnans occasione multivaria abortum pa-  
ar ; uti quamplurima sunt, sine quibus fœtus ad  
uturitatem usque utero geri nequit. Horum inter  
cepua merito habetur legitimum fœtus cum ma-  
trno utero per placentam commercium ; ut quo  
plato Natura plerumque, oxyus, serius, sarcinam  
frugem haud perventuram elidit. Quæcunque igi-  
: sive matris, sive fœtus, vitia placentam ante  
npus ab utero separant, inter causas abortionis  
merare licet. In matre quidem eo confert pletho-  
; impetuosior humorum ad uterum affluentia ; con-  
stio immodica ; aut & deficiens commeatus, nu-  
mentique ob inediam, evacuationes, motumve  
o directum, detractio ; cacochymia ; turbæ ingen-  
s nervosi generis ex animi pathematis, leipothy-  
ia ; spasmis, febribus, morbis gravioribus ; vehe-  
ens corporis concussio, maxime ad uterum deter-  
inata, in saltatione, cursu, exercitatione, vectio-  
, lapsu, tussi, vomitu, risu, sternutatione, sin-  
altu, vociferatione, coitu immoderato, petulantio-  
, &c. ; nixu violenti in elevatione ponderis, ex-  
nsione artuum, excretione alvi, urinæ, tenesmo ;  
eri compressio a constricto ventre, vicinisve par-  
bus male affectis, contusio, vulnus, inflammatio,  
ysipelas, convulsio, laxitas, angustia rigida, hu-  
ditas mucosa, contenta heterogenea, morbi alii.  
œtus in culpa esse potest, cum justo grandior fue-  
r, aut numerosior, hydrope tumens, motu vio-  
lento

lento molestus, male situs, morbo inquietus aut languens, mortuus, ejusve placenta marcore, obstrukione, degeneratione in hydatides &c. affecta. Debilis vero, irritabilibus, partum difficultem, saepius praesertim abortum passis, malum familiare. Partus præcocis, quo fœtus quidem vitalis, sed ante consuetum tempus, excluditur, causæ hinc intelliguntur.

830. Prægnatio ultra naturæ modum protracta, si reapse obtinet, gracilem, imbecillum, extenuatum fœtum, uterumve torpidiorem, videtur ponere; perpetua autem visa fœtu a morte arefacto, indurato, cruxa gypsea obducto.

831. Quæ partum laboriosum, δυσοχίαν, inferunt, vitia innumera aut ad parturientem pertinent, aut ad fœtum hujusve secundinas. Priorum præcipua sunt, cum prægnans justo junior, annosior, primipara, delicatior, debilior, animo fracta, impatiens, irritabilitate aut torpore laborans, obesior, plethorica, humoribus exhausta, vitio organico, aut quovis alio morbo, affecta, conamina ad partum nulla, spuria, languidiora, nimis violenta experitut: uteri dein affectiones variæ ex debilitate, contractione spasmatica, compressione a vicinis partibus illata, ruptione, situ obliquo, hysterocele (238.), orificio angustiore, indurato, calloso, contracto, distorto, tumore occluso, compresso, nimis sensibili: vaginæ quoque angustia, obturatio, concretio, excoriatio, siccitas & similia, quæ viam transitus impediunt: pelvis denique arctior, male conformata. Fœtus in caussa est, si habitior fuerit, ventriosus, capite enormi, humerosus, deformis, languens, mortuus, situ perverso, extrauterinus. Alias placenta incongruae uteri sedi adhærens, aut fœtumi prævergens, præmatura aquæ puerperii ex ruptis secundis effusio, umbilicus propendens, aut fœtum implicans, &c, obstaculo esse possunt. Nec infrequens est, cu-  
jus-

vis generis plura concurrere, tantoque magis difficultatem pariendi ex eo augeri,

832. Lochia puerperæ immoderata, decoloria, scius fluentia, aut plane suppressa, quas causas peant, ex illis, quæ de catameniis vitiatis dixi-s (824 ad 827.), innotescit.

833. Cum lac deficit, aut mammæ suctionem non mittunt, fœmina ad laetandum impotens redditur, moris sani inopia ex inedia, vitiata concoctione, ieuuatione quavis immodica, vires a morbo grare, acuto, chronicò, exhaustæ, uterus gravidus cum alibilem ad se trahens, mammarum inflamatio, obstructio, scirrhos, cancer, exulceratio, arcor, rigiditas, defectus, aut materiæ subtractio, aut vitio organorum, lactis secretioni officiunt. Sioni autem obstant ductuum galactophororum atque in grumos spissato obstructio, coalitus, papillæ ficientes, nimis subsiduæ, aut ob fissuras, vulne-, rhagades, inflammationem, ulcuscula, justo teriores; quin & universi corporis major sensilitas.

*De ordinandis Morborum Differentiis.*

834. ATQUE hæc hactenus de singulis symptomatis. Quæ si quis recte animo comprehensa, pro ultivaria concursione ac successione, quam alia atque alia inter se admittunt, & pro partium, in as incidere queunt, diversitate, diligenter perpen-rit, ei quam plurimæ occurrere debent formæ, ferentes, plus minus compositæ, quæ totidem distinctos morbos exprimunt.

835. Habet nimirum sua morbus quilibet symptoma, sibi propria, necessaria (87, 112.), semper eadem, quæ & præsentem declarant, & cum natura ejus profluant, inque diversis ideo diver-sint, ab omni alio distinguunt. Neque profecto stimandum est, illud, quo homines ab homini- bus

bus in statu sano discrepant, morborum naturas pervertere, aut turbas, quæ in morbosis affectionibus se produnt, mutuam causarum effectuumque relationem posse abolere.

836. Tametsi igitur natura morbi forte lateat, aut variantes inter Medicorum opiniones ambigua sit (416.) ; ex syndrome tamen symptomatum, quibus stipatur, haud minus certo eundem interno-scere, suumque ad titulum referre licet : nec enim post cognitas deinceps naturas denominati plerique morbi sunt, sed post imposita nomina quæsitæ naturæ.

837. Atqui symptomata partem morbos status evidentissimam efficiunt (88.). Præ ceteris ergo rebus, quæ ad morbum pertinent, aptissima merito censentur, ex quibus characteres stabiles, iidemque manifesti, differentium quorumvis morborum constitui queant (417.) : dummodo diligent observatione, acrique judicio, quæ necessaria sunt, sive perpetua, sive temporaria (112. ad 117.), exquisite colligantur, ab adventitiis, non necessariis (114.), accurate segregentur, & quo sese offerunt, modo, concursu, ordine, sede, considerate digerantur.

838. Quum vero & diversa morborum genera (837.) haud ita prorsus inter se discrepent, ut non & mutua detur aliorum cum aliis affinitas; licebit ideo ex illis etiam, quæ multis generibus communia sunt, pari ratione (837.), per characteres rite limitatos, summa condere genera, seu classes numero pauciores, ad quas, utilissimo compendio, affinia quæque genera referantur.

839. Quin & ulteriori in species distributioni hic locus erit; sicubi, quod in quovis genere (837.) diversum esse solet, ratione partium, in quas incidere potest, aut potentiarum evidentium, unde nascitur, vel & symptomatum accessiorum, aliasrumve conditionum, seorsim spectetur.

840. Ex quibus (834. ad 839.) apparet, non es-  
sunt, cur desperent Medici, fore aliquando, ut in  
nis morborum humanorum numerus, exemplo ab  
Naturæ naturalis scriptoribus petito, in ordinem  
stematicum redigatur, qui ab omni hypothesi se-  
parumque commentis liber, sola nixa fidei ob-  
servatione, classes, genera, species exhibeat, suis  
ingula characterismis, certis, manifestis, plenis,  
terstincta. Specimina jam nunc a Recentioribus  
ita potius in spem erigunt, tentaminibus multi-  
catis haud defuturos successus, remque tanti mo-  
menti, ac Bonis ideo omnibus exoptatissimam, sic  
ndem feliciter perfectum iri, ut non in nominis  
duntaxat morborum inveniendis sese utilem præ-  
met, sed præcipue facilem ad eruendas curationes  
am expedit.

*Differentiæ Morborum Accidentales.*

841. NUNC tandem de morborum differentiis,  
as vocant accidentales (121. 418.), dicendi tem-  
s locusque est. Possunt hæc quidem parum fortas-  
momentosæ videri, ut quæ ad naturas morbo-  
m non pertineant: at eximiæ tamen in praxi  
ilitatis esse, ipsa earum pertractatio docebit.  
ec certe in systemate condendo (840.) præteriri  
oque debent. Præcipuas igitur in capita quædam  
atributas exponemus, missis, quæ subtilitate ma-  
s, quam usu, sese commendant.

*Differentiæ Morborum ab Origine.*

842. PRO diversitate originis morbi dividuntur in  
ereditarios, congenitos & acquisitos vel adventitios.

843. Hæreditarius dicitur, qui a parentibus simi-  
morbo, hujusve seminio, affectis, genituræ vitio  
sobolem propagatur, gentilitia labe per plurimas  
iandoque generationes ad seros usque nepotes tran-  
seun.

feunte. Paternus ille aut maternus est, multiplex, alias mox a nativitate manifestus, alias postea, serius, ocyus, statim s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> vitæ tempore, prorumpens. In tanta autem modi, quo gignimur, ignoratione, vix satis rutum fuerit; de ratione hujus traducis aliquid asseveranter statuere, nedum communem perpetuamque ejus sedem aut in firmis partibus tantum, aut in humoribus, aut in viribus motricibus, ponere; quando vel similitudo innocens, quam liberi cum parentibus habent, incomprehensibilis est.

844. Quum fœtui morbus in utero adnascitur, qui nec manifestus, nec in seminio latens, parentum alterutri, ante conceptionem, inhæserat, neque adeo ab hereditate (843.) repeti queat, is congenitus vocatur. Ejus hinc differentia ab hereditatio liquet. Præter cetera, nævi materni potissimum, vitiositates organicæ, monstra huc referuntur, quorum origo phantasiæ matris (600.), injuriis fœtui intra uterum illatis (599.), genitalis denique materiæ labi primordiali (380.) tribuitur.

845. Adventitiis morbis, qui homini nato ex quibusvis potentiis accidunt, annumerandi, quos infans ex nutrice, cuius ubera fugit, contrahit; hereditariis connatisque (843. 844.) simile quid habent, altiusque radicati monstrant, ista affectionum genera etiam per humorum vitia communicari posse (843.).

846. Memorabilis præcipue est distinc<sup>t</sup>io inter morbos primarios, πρωτοπάθειαν, & secundarios, δευτεροπάθειαν, quæ obtinet, cum morbus, ex sua causa natus, aut perdurans, aut desinens, alias generis morbum ex se producit. Secundarius tamen cum symptomate non confundendus (97. 105. 109.); licet ceterum parem habeat rationem, nec minus multiplices s<sup>e</sup>p<sup>e</sup>, quam symptomata symptomatis (95. 96.), successiones. Inde ejusdem morbi, prout vel prima-

nascitur, vel ex diversis aliis, variæ exsurgunt cies, quas inter se distingue, tum in praxi, n in historia morborum condenda (839.) apprime essarium est. Huc etiam pertinent, quæ de mora causa externa, vel interna, producto (58.) hibere Practici solent, & quæ de seminiis præter curam supra (617. ad 622.) proposuimus.

847. Pandemii porro dicuntur, qui ex communia oriundi per populum aliquem grassantur. Sunt enim vel endemii, singulari regioni addicti, vernali, plus minus perpetui; vel epidemii, ἐπιχόριοι, cum ex communi quidem, at inconsueta, cau- profluant, non nisi ad tempus se exserunt. Con- igitur, istis generibus subesse vitia earum rerum, e in communi vitæ usu sunt, aeris potissimum, harum, virtus, &c. manifesta, occulta, familia-, insolita, inquilina, exotica; novos sic morbos uiditosque nonnunquam se efferre, cognitorum as mutari ingenium moresque, nec tamen adeo indiscriminatim iis affici quoscunque, ut non quan- que in certæ conditionis homines duntaxat sæ- nt. His oppositi morbi dispersi, quos sporadicos cant, non ex communi quadam causa, sed ex uscujusque proprio vitio & errore nati, diversio- n generum sunt.

848. Quæ diversis anni temporibus accidentunt, ae- , cibi, potus, vitæ generis, mutationes totidem que potentiaz sunt aliis aliisque morbis excluden- aptæ. Horum inde divisio in vernales, æstiva- , autunnales, hyemales; qui tamen & ipsi mul- variant, ut suo quævis tempori vicissitudo con- a aut incongrua fuerit. Epidemiorum (847.) recipue notabilis est differentia, quæ binis debetur i periodis solstitia libus; cum hæ inde a meta eque sua, hiberna aut æstiva, aliquousque pro- fæc nocivas vires exserunt, sibique proprias crea- mer-

morborum populariter grassantium constitutiones, longe diversas s<sup>e</sup>pe, quin & inter se pugnantes, suo singulas æquinoctio maxime vigentes. Unde in vernales modo & autumnales recte distinguuntur.

849. Nec contemnenda est, quæ a temperamentorum diversitate petitur, morborum differentia. Conducit certe plurimum ad regundas singularium hominum sanitates. Et quanquam de sede ac ratione temperierum magna est inter Autores dissensio, non diffitentur tamen eas dari, & seniorum vim habere (614. 615.), propriaque idcirco esse affectionum genera, in quæ quis ob istam corporis sui conditionem magis propendeat (78.).

850. Huc quoque referuntur variorum vitæ generum morbi, illi maxime, quos artificum vocant. Momentosa, nec pro dignitate adhuc evoluta classis originem debet partim materiæ, quam quis quotidie tractat, qua inquinatur, quave infectum aera spirat, aut sibi perpetuo circumfusum habet; partim posituris, motibus, contentionibus, quibus in opere suo utitur. Hi fontes sunt, unde, quæ ad hoc thema pertinent, depromere licet. Videantur (440. 441. 442. 486. 501. ad 531.).

851. Etatum morbi audiunt, qui ex eo, quod cuique ætati proprium est, quoque alia ab alia differt, oriuntur. Hos igitur declarat series mutationum in partibus firmis, humoribus, viribusque motricibus, quas duratio hominis inde ab ortu ad obitum usque ex Naturæ instituto subit (612.).

852. Ante nativitatem quidem morbi obtinent seminis ac fœtus uterini, qui, hæreditariis (843.) aut cœgenitis (844.) annuimerandi, inde quoque intelliguntur.

853. Recens natus quum maximas subito mutationes a partu subeat, corpore prius perpetuo calore humido fato, mollissimo, valde irritabili, organis

atmosphæræ, respirationi, circuitui mutato, egesti, nondum adsuetis, systemate pulmonali, pri-  
viis, muco, meconio, obfessis, ventre minus  
ris fulto, umbilico resecto, multivariis patet  
tionibus, a quibus paulo proiectior deinceps fe-  
nunus est.

54. Infantiæ, ob corporis laxitatem ac teneri-  
tatem (853.), sceleti præprimis ac articulorum  
initatem, primæ digestionis instrumenta debilio-  
voracitatem, usitatum alimenti genus, vitam  
am, humorum abundantiam, dentitionem, sui  
que morbi nascuntur. Inde & , qui pueritiam  
pubertatem usque infestant, intelligere licet;  
ntur enim ex vario victu natis cruditatibus, ca-  
yliæ, vermibus, cacochymiæ, suppressis excre-  
bus, calculo, sensilitati magnæ, circuitui in-  
o, incremento ac evolutioni partium .

55. Juvenes ex sanguinis copia impetuque majo-  
ac aucta quidem, nec satis tamen roborata cor-  
s compage, quin & ex maturescente genitalium  
inorum vigore, ægrotant.

56. Ætati constanti vis vitæ valida, solidorum  
ir, sanguis densus, polychymia, obesitas, mor-  
patiunt.

57. In corpore senili solida siccescunt, tubuli  
callent, nervi marcent, vis vitæ ac movendi  
iendique facultas elanguescit, circulatio torpet,  
r nativus defervet, excretiones tardescunt, hu-  
es mucosa, salina, terrea fece impuri, subtilio-  
materiæ defectu vapidí, vitiantur. Ex his plu-  
orū malorum, quæ senectutem comitantur, ori-  
facile perspicitur.

58. Ceterum nec inutile est notasse, morbos,  
ex congestionē humorum nascuntur, maximeque  
uræ molimina, quibus, quod superfluum no-  
nve in humoribus succrevit, foras expellit, aut

ex systemate circulationis ejectum in parte quadam singulari deponit, pro ætatum diversitate in diversas corporis regiones cum plurimum incidere; videas in junioribus partes superiores fere impetum in adultis, quæ in thorace & proxime sub hoc tactæ sunt, in senescentibus ima ventris viscera ac arterias. Neque tamen adeo vel constans, vel beneficium semper hæc lex est, ut prudenti animæ consilio potius, quam conditionibus mere corporeis attribuenda videatur.

859. Cum sexus etiam ad seminaria (613.) pertinet, pro hujus differentia morbi dividuntur in masculinos & femininos, hique porro in morbos virginum, gravidarum, parturientium, puerarum lactantium ac vetularum, pro varietate conditionum quibus Natura sexum sequiorem subjecit. Lucem his affundunt, quæ supra (820. ad 833.) habentur.

860. Denique & huc referre licet morbos congruos & incongruos; legitimos & spurios; tum qui materiales dicuntur, aut sine materie.

### *Differentiæ Morborum a Sede.*

861. NATURA idem morbus, prout diversas partes obsidet, symptomatibus, duratione, eventu, discrepare potest; hinc & diagnosis, prognosi, methodo medendi. Quare Medici interest sedes morborum curate distinguere; nec sua caret utilitate, quæ ab hac conditione petitur, differentia.

862. Hujus classis sunt morbi externi, interni fixi, qui in una sede morantur; vagi, qui ex parte in partem migrant; retrogradi, qui, cum aliquamdiu partes extremas obsederunt, his derelictis introrsum recurrent.

863. Præ ceteris tamen idiopathicæ & sympatheticæ notandi veniunt. Prioris generis sunt, quorum causa

in eadem parte residet, in qua symptomata sese anifestant. Posterioris, quum diversa est causæ ac symptomatum sedes, nec propria, sed aliena labe, r consensionem, pars aut functio laborat. Sympathicæ igitur affectiones, more symptomatum (86.), sed ultra vitium, unde pendent, perdurant, eone differunt a morbis secundariis (846.), quorum turam demum consequuntur, cum sympathia inopathiam transit.

864. Consensus iste quidem inter œconomiae humanæ systemata, functiones, partesque omnes universalis est: at propiorem tamen magisque pecunrem aliorum cum aliis insuper dari certa observationum fide constat; etsi rationem ejus legesque sed satis liquido perspiciamus. Credibile, non una modo, sed pluribus niti conditionibus, harumque incipem in genere nervoso sitam esse, deinde in stemate circulationis; porro in continuitate membranarum; tum in vasorum communitate; forte & fabricæ aut humorum, quos partes secernunt accipiuntve, similitudine. Quin & huc facere potest cincia partium, & collocatio declivior, aut ex diastro opposita, actionumve aliqua cognatio. Prout plura aut pauciora horum una concurrunt, variii sympathiæ gradus nasci videntur. Nec ætereunda vis vitalis (170.), quæ cum & latissime per universum corpus diffusa sit, nec æqualiter men aut in singulis partibus, aut in quibusvis omnibus, vigeat (175.176.), & amplissimo simul illeat consensu (178.179.), quamplurimum sane & valere dèbet. Elucescit inde, cur tam multaria privatarum id genus consensionum differentia ter homines occurrat, aliquæ præ aliis magis, que omnes eodem modo sympathice affiantur.

865. Qui universum corpus obsident morbi, universales dicuntur; qui singularem modo partem,

particulares. Illorum tamen duplex genus distinguitur; proprium nempe, cuius causa aut materie quoquaversus diffusa est; improprium vero, quod sede quidem privata continetur, at turbis suis tantum economiam infestat. Quod igitur in hoc genere universale dicitur, alias ad effectus sympathicos (863.), alias ad morbos secundarios (846.) referri debet. Est etiam ubi morbus universalis in particularem, aut hic in illum, omine vario transit.

*Differentiae Morborum a Cursu.*

866. MORBUS quilibet, sua ex causa natus, determinatas quoque ab hac acquirit vires, quibus & agat, & in agendo perseverans cursum suum conficiat. Hunc igitur, pro differente morborum natura, & ipsum differre necesse est, nec duratione, celeritate, tenore, eumdem singulis contingere. Ex quo differentiae perquam notabiles habentur.

867. Qui celeriter decurrunt, brevisque adeo durationis sunt, breves dicuntur, si mites una fuerint sin vehementes & periculosi, acuti. Hi porro pro celeritatis gradu distinguuntur in acutissimos, qui ultra quatriduum non excurrunt; peracutos, qui septem diebus terminantur; acutos, qui tertia hebdomade; subacutos denique, aut acutos deciduos, qui ad XL. etiam dies sese extendunt. Forte his addere quoque licet acutos recidivos, qui sexagesimo demum die, aut & serius, plane desinunt. Qui ultra hunc terminum protrahuntur, etiam si ex acutis forte nati, longi vel chronicci audiunt. Et multa quidem sunt, quibus velocitas ista, discriminis plena acutorum debetur: natura mali, sedes affecta, functionis laesae dignitas, sympathia, corporis intemperies, &c. maxime tamen turbæ febriles in circuitu

humo-

norum. Unde, quos febris continua comitatur, rbi præ ceteris proprie huc referuntur.

368. Rursus morborum alii tenore jugi a prima asione ad finem usque decurrunt, continuique ideo iunt: aliorum mitior natura, diviso impetu, per etitos quidem infestat insultus, at mediis cessibus interruptos; ut morbus ac sanitas veluturnent. Hi intermittentes. Hos inter & illos amant continui remittentes dicti, vel exacerbantes, continue quidem, sed per intervalla remissius, ciunt.

369. Utriusque autem generis recursuum intera, multiplici varietate, alia aliis breviora aut longiora sunt. Ex quo novæ iterum differentiæ. cuitus quoque ut regulares sunt, in tempora ælia, vel inter se analoga, partiti, aut irregulæ, ordine incerto, morbi dicuntur periodici regulares, aut anomali; typici, aut erratici, vagi.

370. Inter periodicos (369.) febres quidem va-

pue generis nervosi affectiones præ ceteris emit. Quum igitur natura periodorum (70.) cau- fere ponat non simplicem, sed ex pluribus con- sonibus compositam (69.), quarum aliæ perseve- rent, aliæ temporariæ adesse aut abesse possint; cre- le omnino videtur, diathesin hic dari permanen- , quæ seminii loco (75.) haberi queat, hujus- sedem esse in systemate nerveo, certe sensilita- aut mobilitatis nimiæ speciem argui posse, quæ en sola aut nihil, aut mitius, agat; dari hinc in potentias nocentes (76.), illam quæ quovis ium modo excitent, nec vero perpetuæ sint, paroxysmo ipso mitigentur, tollantur, postlimi- reversuræ. Nihilominus difficile fuerit, cum na- um seminii, ut in diversis id genus morbis variat, erminare, tum potentias nocivas omnes singulas-, & qua quæque ratione orientur ac concurrant,

exponere. Quin & dubitare licet, an non seminium semet ipsum propria vi aliquando excitare possit, absque novæ potentiaz accessione, saltem absque manifestæ; maxime si quadam occasione semel motum conceperit, qui deinceps modo iterandus sit. Complicatio autem plurium diversi generis periodorum, uniusque generis in aliud transmutatio, quæ toties observatur, istam materiem vel magis quoque involvit. Nec hypothesum, quæ excogitatæ sunt, ulla adhuc satisfacit.

### *Differentiae Morborum a Gradu.*

871. PLANTARUM animaliumque vitæ æquiparanda morborum duratio suas, ut illa, ætates habet differentes, quos gradus vocare liceat. Etenim adoritur, crescit, perstat, decrescit, tandemque definit morbus; nec æquabili semper tenore, sed variato virium gradu per ista tempora procedit. Inde stadii morbosæ divisio in principium, augmentum, statum, declinationem ac finem, quæ quidem non adeo morbum a morbo, sed partes ejusdem morbi inter se distinguunt.

872. Principium, pro morbi diversitate, brevius aut longius, neque hinc ad punctum temporis, quo quis ægrotare cœpit, modo restringendum, inde a prima invasione usque ad notabile symptomatum incrementum æstimator. Augmentum fit, cum moribus, numero ac magnitudine symptomatum incremente, œconomia turbas manifeste aggravat ac multiplicat. Status, ἀκτινή, tempus morbi vehementissimum est, quo summam virium consecutus nec crescit porro, neque tamen & minuitur. In declinatione, detritis morbi viribus, impetu defervescente symptomata mitescunt, finisque instat.

873. Plerisque omnibus quidem morbis hæc tempora

(872.) competunt, modo cujusvis naturæ con-  
aneo; maxime tamen illis, qui solutione salu-  
defunguntur. Tum vel symmetria quædam in-  
diversos gradus sæpe animadvertisit prædictioni  
æ aptissima. Contra fatalis morborum exitus,  
es, metastases, mutatio in aliud genus, compli-  
io variorum, recta aut perversa curatio, ordinem  
m non raro abrumpunt, alienant, obscurant.  
uti ac breves (867.) præ chronicis, febriles præ  
eris, sua tempora manifestius distinguunt. Perio-  
i (869.) autem & duo genera habent; univer-  
a, quæ ad morbi curriculum pertinent; particu-  
la, quæ ad singulos paroxysmos.

*Differentiæ Morborum ab Indole.*

874. MORBI indoles potissimum ex satellitio sym-  
matum, quibus stipatur, sese prodit. Inde ma-  
us dicitur, qui multis magnisque symptomatibus  
onomiam turbat, sive una subsit periculum, sive  
sit: parvus contra ac levis, qui parum mole-  
e infert.

875. Benignus, etsi forsan magnus (874.), apta-  
nen medicatione tractabilis, nec funestis, nec in-  
itios symptomatibus terret.

876. Quæ de morbis prædicatur malignitas; quan-  
am haud rato ignorantiae asylum, erroribusque Me-  
ntium operculum præstat; cum tamen reapse de-  
s, omnino attendi debet. Proprio ea seru mor-  
m notat, qui insidiose mitis, sub phænomenis non  
inosis, aggressus, ex improviso, gravissimis sym-  
omatibus Naturæ vires opprimit. Alias & tales,  
i præter morem suum inusitata symptomata tur-  
sque vehementiores, quam quæ naturæ ejus con-  
nire videantur, excitat. Denique & refracta-  
, qui expertorum quoque remediiorum vires elu-  
dunt,

dunt, accuratione vel magis exacerbantur, huc re-  
ferri solent.

877. Cadit autem ista feritas (876.) in morbos  
quidem acutos potissimum; sed tamen ad chronicos  
quoque pertinet, ortumque debet potentiss virulen-  
tis (486.), miasmatis (496.), contagii (498.), no-  
xis epidemiis (847.), vitio humorum multiplici, ir-  
ritabilitati (190.), torpori (196.), plurium morbo-  
rum confluxioni, pravo ægrorum regimini, aut per-  
versæ curationi. Unde liquet malignos quidem recte  
dividi in virulentos, pestilentes & contagiosos; sed  
divisione non completa: neque enim potentiae no-  
centes modo spectandæ, sed seminia quoque & ac-  
cessoria.

878. Quum morbus, phænomenis sibi consuetis sti-  
patus, modo naturæ suæ convenienter, sua tempora  
(871.) percurrit, is regularis, exquisitus, dicitur:  
anomalus contra, qui symptomatibus insolitis, typ-  
ique ac decursu alienis, sese effert. Anomalia autem  
refractarium quid fere sovet, causasque agnoscit cum  
malignitate communes (876.), nec hujus ipsa ple-  
rumque expers est. Morborum, qui genuini, aut  
corrupti audiunt, eadem est ratio.

879. Hujus etiam loci censetur, quam recentiores  
haud temere superaddiderunt, morborum divisio in  
passivos & activos. Hi sunt, quorum partem, nec  
raro præcipuam, symptomata æctiva (101.) consti-  
tuunt. In illis Naturæ isti motus absunt, vitali  
quippe principio languente, aut per potentias no-  
centes oppresso. Conf. (98. ad 105. 630. 633. ad  
649.).

### *Differentiæ Morborum ab Eventu.*

880. INTEREST Medici præscire, an morbus sa-  
nari possit, nec ne; an in totum, an ex parte mo-  
do;

do; an vi Naturæ, an artis auxiliis. Inde generalis morborum divisio in sanabiles & insanabiles, variisque utriusque classis gradus. Sunt, qui Naturæ & artis potestatem superant, absolute insanabiles; sunt, qui artis tantum, non Naturæ, aut hujus, non illius; sunt, qui sanationem quidem admittunt, nec tamen integrum, sed parte quadam reliqua, iliove morbo substituto. Quando autem Naturæ virium modus in diversis hominibus variat, nec ad ultimos artis fines adhuc perventum est; liquet, multum hic ambiguitatis superesse, neque omnes & singulos morbos, qui ad unamquamque classem pertineant, exquisite posse enumerari.

881. Qui morbus, postquam in speciem sanatus aliquamdiu emansit, denuo adoritur, recidivus vocatur, cum periodico (869.) nequaquam confundendus. Ponit tamen & imperfectam sanationem, partemque adeo causæ suæ residuam (69. 70.), qua quovis demum modo aucta vel resuscitata revertatur (870.). Inde materies morbi haud prorsus devicta vel expulsa, debilitas, irritabilitas, torpor, a priore morbo relicta, una cum evitazione potentiarum nocentium neglecta, recidivas parere solent.

882. Morbi salutares a ceteris benefica indole distinguuntur. Tametsi enim molestias inferunt; tantum tamen abest, ut vitæ ac sanitati noceant, ut etiam prosint, liberentque a gravioribus malis, corpusque sanius dimittant, quam aggressi sunt. Huc referenda melior pars morborum activorum (879.), in quibus Natura medicatrices suas vires (633. & seq.) pro œconomiaæ suæ salute explicat intenditque. His quippe motus excitantur; inordinati quidem, ast illuc directi, ut, qnæ in corpore insunt quoquo modo noxia, corrigantur, assimilentur, expellantur, aut saltem a partibus nobilioribus avertantur. Major autem

autem hujus classis morborum frequentia ut saluti generis humani magnopere prospicit, ita Medentibus haud parum commodi præstat.

883. His (882.) oppositi sunt detimentosi, qui, vario nocumenti gradu vitæ infensi, alias cito vel tarde, certo tamen, absque ulla sanationis spe, perimunt, absolute lethales dicti; alias natura quidem sua lethales, at vero promta rectaque curatione superabiles sunt; ancipites alii, non sine periculo, modo in sanitatem, modo in mortem, terminantur; aliorum accidentaria est lethalitas, ad conditiones externas internasve singularium hominum magis adstricta; sunt denique, qui etsi vitam non admunt, pedissequas tamen noxas post se trahunt sanitati inimicas, saepe immedicabiles. Liquet autem hujus distinctionis magnam esse cum in prædictionibus, tum in medicina forensi, utilitatem.

884. Generatim igitur morbi quidem, ratione eveniuntur, quadrifariam modo inter se differunt: sancscunt enim, aut occidunt; transeunt in alios morbos, aut immutati perdurant & ad mortem usque aliunde conscitam inhærent. Verum tamen, quod animadversione dignissimum, uniuscujusque horum exituum ratio modusque multiplex est.

885. Perseverantium sedes ac natura talis est, ut, quæ ad vitam faciunt, functiones haud perturbent. Sunt autem vel insanabiles (880.), vel quos sanare nefas; quia salutares (882.), longave consuetudine familiares, aut curatione irritati etiam exacerbantur.

886. Morborum, in alios morbos transeuntium, ingens & numerus & diversitas est. Duplex autem hic obtinet genus, alterum accessionis, alterum successionis, prout vel permanet prior morbus, vel desinit, quem aliis nascitur. Utriusque species differentes ex (621. 628. 846. 863. 864.) intelligi queunt.

nt. Quin & liquet, in his non minus, quam in rimariis morbis, differentes exitus (884.) locum abere.

887. Qui Naturæ viribus, artisve auxilio, salvescunt, morbi vel correctio, quod subest, vitio, assimilata materie, motu in ordinem redacto, restituto circuitu, functionibus redintegratis, placideolvuntur; vel salutari nocentis materiæ excretione esinunt; vel mutata specie in aliud abeunt mortum (886.), mitiorem, qui suo dein modo ad sanitatem tendit.

888. Nec minus diversa sunt mortis genera, uæ morbi lethales inferunt. Senectus, morbus naturalis, solidorum siccitate, rigiditate, feculenta humorum inertia, vi vitæ fatiscente, mortem naturalem necessario inducit. Veri morbi alias tetramorum corruptione, viscerum nobilium labe, prostrato nervorum vigore, respiratione impedita, oppressis exhaustis viribus, circuitu sufflaminato, ito tardeve interimunt; alias immoderata atque incongrua evacuatione, aut & prolapsu in morbum leteriorem (883.), vitam pessum dant.

889. Præ ceteris autem sedulo animadverti mentur repentina ac perturbationis pleni morborum citorum (867.) eventus, quæ *κρίσεις*, judicaciones, a veteribus appellantur; quum salutem moriente ægrotantis decernant, excretione quadam, ut translatione materiæ nocentis, post prægressas urbas, sese subito manifestante, quam insignis morbi in melius aut deterius mutatio proxime consequatur. Inde crises excretoriæ, *κατ' εκκεισιν*, transatoriæ, *κατ' μετάσεσιν*, bonæ, malæ, perfectæ, imperfectæ, simplices, compositæ, repetitæ, perturbatio critica, materies critica, & prædicantur. Dierum quoque, in quos hæc magis vel minus, diversoque successu, incidunt, varia potestas distinguitur:

tur : unde alii critici primarii , alii indices , alii subincidentes , alii vacui , dicuntur .

890. Quæ ( 889. ) si quis cogitet propria modo esse morbis activis ( 879. ) ; ei apparere debet , aliquam hic dari similitudinem mutui inter Naturam & materiem morbosam conflictus ( 51.99. ) , crisi que decerni , utra pugnantium pars victura aut succubitura sit . Si vero & addas , non nisi febribus , morbisve , quos febris comitatur ( 867. ) , hæc evenire ; credas profecto , intestinam tunc subesse humorum , aut in toto corpore , aut in singulari parte , commotionem , motu vitali ac calore auctis excitatam , quæ , conturbata ad tempus mixtione , vel in salutarem despumationem , vel in corruptiō nem perniciosa exeat .

891. Quocunque tamen modo ista fieri opineris ; de re ipsa per fidelissimas cum veterum , tum recentiorum , observationes tam certo constat , ut nullus videatur dubitationi locus relinquī : quamquam negari nequit , rariora hodie inter nos crismum exempla prostare : quod quidem cœlo frigidiori ac intemperantiæ in victu non solum , sed vel magis etiam anticipanti turbantive medendi rationi & nimis a plerisque Medicorum neglecto observantia studio tribuendum .

892. Utrum vero & diebus criticis ( 889. ) tutta fides ? An Naturæ judiciis debentur ? An potius superstitionis Pythagoricæ commentis ? Judex non esto , nisi qui viderit , seriem criticorum dierum , a veteribus traditam , haud usquequahe hebdomadi congruere ; didicerit porro ex periodis ( 867. ad 870. ) temporibusque ( 771. ad 873. ) morborum , perperam hos pro confusis inconditisque Naturæ male se tuentis & de statu suo dejectæ effectis haberi ; ex phænomenis autem vulnerum , inflammationum , suppurationum , exanthematum , collatis ad

ea ,

a, quæ fermentatio, putrefactio, fructuum matutatio, incubatus, incrementa animalium, &c. exhibent, succorum permutationes suis ubique definiti gradibus ac stadiis; agnoverit denique, regulas generales exceptionibus non tolli, nec adeo ordinarias Naturæ in sanis ægrisve leges fortuita quavis aberratione infirmari!

893. Dum igitur lis sub judice est, jubet profecto rei dignitas veros quoscumque artis magistros, unctis viribus, eo conniti, ut, semotis tantisperationum argutiis, exquisitarum observationum exemplorumque pondere solide tandem dirimatur. Fallor, ni sua constiterit HIPPOCRATI auctoritas, GALENO fides, NATURÆ virtus & ordo.

F I N I S.

O P E R I S  
A R G U M E N T A.

INTRODUCTIO ad PATHOLOGIAM .

<i>De disciplina medica</i>	pag. i
PATHOLOGIA	6

PATHOLOGIA GENERALIS .

<i>De natura morbi</i>	7
<i>De causa morbi</i>	12
<i>De symptomate</i>	18

PATHOLOGIA SPECIALIS .

<i>De naturis singulorum morborum</i>	27
<i>Morbi simpliciores .</i>	29
<i>Analysis chemica generalis corporis humani</i>	30
<i>Morbi partium solidarum simplicissimi</i>	34
<i>Morbi solidi vivi</i>	38
<i>Morbi solidorum continentium</i>	44
<i>Morbi solidarum instrumentarii</i>	51
<i>Morbi fluidorum</i>	67
<i>Morbi cohærentiæ in humoribus</i>	ib.
<i>Acritates morbosæ humorum</i>	72
<i>Morbi humorum ex secessione particularum</i>	79
<i>Morbi humorum singularium</i>	80
<i>Chylia vitia</i>	ib.
<i>Sanguinis affectiones</i>	83
<i>Succorum secretorum vitia</i>	91
<i>Morbi humorum relativi</i>	94
<i>Quantitas humorum vitiata</i>	95
<i>Fluidæ loco aberrantia</i>	99
<i>Motus vitia in humoribus</i>	103
<i>Morbi compositi</i>	106
<i>De potentiis nocentibus</i>	107
<i>De nocivis atmosphæræ potestatibus</i>	108
<i>Noxæ</i>	

Noxæ ex cibo & potu	118
De intempestivo remediorum usu	130
De potentiis, quæ virus habent	132
Errore in motu animali	137
Damna ex posituris & motibus singularibus	142
Exercitationes menti immodicæ	144
Vis noxia animi perturbationum	147
Excessus somni ac vigiliarum	151
Excretio ac retentio inordinata	153
De calculi origine & nocumentis	158
Potentiae morbificæ animatæ	161
De ceteris, quæ forinsecus admota obsunt	164
De Seminis morborum	169
Seminia morborum naturalia, communia	ibid.
Seminia morborum naturalia, propria	270
Seminia morborum, quæ præter naturam sunt	171
De differenti causarum morbificarum constitutione	173
Vires naturæ medicatrices	177
De symptomatibus singulatim	182
Qualitates sensibiles alienatæ	183
Excretorum vitia	187
Actiones lœsæ	188
Sensationes molesta ex morbo	ib.
Dolor	189
Anxietas	193
Exercitationes sensuum lœsæ	195
Tactus symptomata	ib.
Gustus symptomata	198
Olfactus symptomata	ibid.
Auditus symptomata	200
Visus symptomata	203
Læsiones sensuum internorum	210
Delirium	ibid.
Motricis facultatis symptomata	214
Spasmus	ib.
Paralysis	217
Somni	

<i>Somni affectiones</i>	218
<i>Symptomata motuum vitalium</i>	221
<i>Respirationis symptomata</i>	ib.
<i>Symptomata motus cordis</i>	226
<i>Symptomata pulsus arteriarum</i>	227
<i>Symptomata actionum naturalium</i>	231
<i>Appetitus naturalis lœsiones</i>	ib.
<i>Actiones lœsæ primarum viarum</i>	234
<i>Vitia mictionis</i>	241
<i>Vitia excretionis cutaneæ</i>	244
<i>Symptomata functionum sexus</i>	245
<i>Sexus virilis actiones lœsæ</i>	ib.
<i>Sexus fœminei symptomata</i>	247
<i>De ordinandis morborum differentiis</i>	251
<i>Differentiæ morborum accidentales.</i>	253
<i>Differentiæ morborum ab origine</i>	ib.
<i>Differentiæ morborum a sede</i>	258
<i>Differentiæ morborum a cursu</i>	260
<i>Differentiæ morborum a gradu</i>	262
<i>Differentiæ morborum ab indole</i>	263
<i>Differentiæ morborum ab eventu</i>	264





